

REGESTI ISPRAVA 16. STOLJEĆA IZ ARHIVA HRVATSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI

četvrti dio: Isprave iz razdoblja 1546.–1550.

**Regeste sastavili Antun Mayer i suradnici,
za tisak priredila Maja Katušić**

Maja Katušić
Hrvatski institut za povijest
Zagreb

UDK 94(497.5)“15”(093)
930.253:930.22
Stručni rad
Primljeno: 7.5.2009.
Prihvaćeno: 7.10.2009.

Rad je nastavak objavljivanja regesta isprava koja se čuvaju u Arhivu Hrvatske Akademije znanosti i umjetnosti u izbirci isprava Diplomata. Regeste srednjovjekovnih isprava (do 1526. godine) u sv. 2-5 Zbornika Historijskog instituta Jugoslavenske akademije objavili M. Šamšalović i J. Stipišić, a 2007. ponovno je započeto s objavljivanjem te su do sada u tri sveska Zbornika Odsjeka za povijesne znanosti (sv. 25-27) objavljene regeste isprava do 1545. godine.

Ključne riječi: rani novi vijek, hrvatska povijest, povijesni izvori, isprave, Arhiv Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti

Signature arhivskih skupina

D – Documenta

DV – Documenta Dalmatico-Veneta/Documenta Veneta

Frg (D – CXLVIII) – Acta fragmentaria/Regesta fragmentorum

Opće kratice

Cop. legal. – copia legalis, ovjereni prijepis

Cop. pap. – copia papirea, kopija na papiru

Cop. simpl. – copia simplex, neovjereni prijepis

Italice consc. – italice conscriptum

Latine c. – latine conscriptum

Perg. – pergamene

Kratice izdanja isprava i regesta

MH = Habsburški spomenici Kraljevine Hrvatske, Dalmacije i Slavonije. Monumenta Habsburgica regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae, prir. E. Laszowski, knj. 3. (1544.–1554.), Zagreb, 1917.

REGESTI ISPRAVA

562. Viennae, 21. I. 1546. (D – XXX – 95)

Ferdinandus rex Nicolaum comitem a Zrinio, banum et ceteros proceres comitatus Zagrabiensis monet, ne cives civitatis Montis Grecensis in privilegiis eorum a regibus iam prius datis et a se confirmatis, quibus eidem cives a persolvendis taxis exempti sint, impediunt. Orig. [**Juričan**]

563. Viennae, 21. I. 1546. (D – XXX – 96)

Par documenti sub numero 95 asservati. Cop. legal. [**Juričan**]

564. Zagrabiae, 26. I. 1546. (D – XXX – 97)

Capitulum Zagrabiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat se a Ferdinando rege, litteris Viennae 11. XI. 154. datis, iussum, Ioannem Kwskowczy de Sabnycha-Zenth-Iwan in dominium possessionis Welkowcz ei a rege pro meritis et ad intercessionem Nicolai Olahi episcopi Zagrabiensi collatae introducere voluisse, sed ei introductioni Gregorium Was, alio nomine Palffy de Kapolna, violente contradixisse, propterea in ius ante banum vocatum esse. Orig. [**Mayer**]

565. Zagrabiae, 1. II. 1546. (D – XXX – 98)

Communitas civium civitatis Montis Grecensis quandam particulam terrae desertae penes locum Thwrnysche cuidam Gregorio Kondelych, novo incolae, 4 florenis bonae monetae vendit. Orig. [**Šavor**]

566. Zagrabiae, 6. II. 1546. (D – XXX – 99)

Caspar Gwzych de Thurán, vicebanus et comes ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione et testimonio 8 proborum virorum ad rogatum Elenae, viduae Emerici Bradach de Ladomercz, eiusque filiorum Stephani et Nicolai, qui Georgium Sebestyanych vel Myhanouych, vicecomitem, quod 2 equatias Iacobo Slamburych, iobagioni exponentium rapuit, accusauerunt, 31. I. 1546. facta, apparere Martinum Ozrechak, iobagionem Petri Petrychewych de Ztobycza, non ad Iacobum Slamburych, ut Georgius Sebestyanych asseruit, sed ad Iambrekowych Kokoth io-

bagionem Ioannis Bradach de Ladomercz profugisse, praeterea omnes res et pecora ab hominibus Petri Petrychewych abacta esse. Orig. [Juričan]

567. Monte Grecensi, 24. II. 1546. (D – XXX – 100)

Simko Ilyassich, civis Montis Grecensis, Micaelem Ilyassich civem et proximum suum coram scriptore Georgio literato de Morawchya, Mathan Kowach aliisque testibus expeditum dicit. Orig. [Mayer]

568. Zagrabiae, 7. V. 1546. (D – XXX – 101)

Capitulum Zagradiense ad rogatum Stephani Krisanych de Hrezno litteras a Ioanne Babonosych, castellano castris Sztenychak et ceteris 5 iudicibus et 6 arbitris 8. II. 1545. datas, confirmat, quibus iudices et arbitri, postquam possessiones Luka et Zomerschye in pertinentiis castris Sztenychak deambulaverunt, hanc proprium bonum Stephani Krisanich a Comitibus Frangepanibus olim collatum, silvam autem in Luka communem possessionem Stephani et iobagionum in iis commorantium sub poena destinata declarant. Cop. legal. [Juričan]

569. Venetiis, 15. V. 1546. vide Spalati, 21. VI. 1546. (DV – II – 94)

570. Labaci, 28. V. 1546. (D – CXCVII – 175)

Iacobus Lamberg, provinciae Carniolae gubernator, colonellum confinium certiorum facit aliquot vagantes Valachos et Turcas captos esse ab iisque de motibus Turcarum notitiam accepisse. Germanice. Orig. [Moscatello]

571. Spalati, 21. VI. 1546. (DV – II – 94)

Laurentius Minio, comes et capitaneus Spalati, in causa appellationis a fratribus conventus sancti Francisci de Spalato de quibusdam expensis interpositae adversus procuratorem monasterii sancte Clare, in iudicio contradictorio audita utraque parte constituit, ut ea, quae in litteris ducalibus die 15 maii 1546. datis contineantur, exsequenda sint. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

572. Chakthornya, 13. VIII. 1546. (D – XXX – 102)

Paulus litteratus Bornemyza de Kapornok, dicator et administrator contributionum regiarum in comitatu Zaladiensi fatetur se in bonis Petri Keglewych de Bwzyn dicasse et ex 650 portis 120 denarios computasse, pro quibus Petrum 780 florenos solvisse. Orig. [Mayer]

573. Chaktornya, 2. IX. 1546. (D – XXX – 103)

Banus Nicolaus comes de Zrynio fatetur se a Petro Keglewych de Bwsyn, quem a rege iussus cepit, impetrasse, ut castra Chaktornya et Strygo, quae condamnati eius generi Gasparis Ernusth erant, regi redderet. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 223, str. 254.

574. Chaktornyae, 3. IX. 1546. (D – XXX – 104)

Banus Nicolaus comes de Zrynio Petro Keglewych de Bwsyn, qui castra Chaktornya et Strgio regi reddidit, eius homines et res ex eis libere dimittere et ad castrum Koztel deducere promittit. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 224, str. 255.

575. Chakthornyae, 11. IX. 1546. (D – XXX – 105)

Banus Nicolaus comes de Zrynio se apud regem intercessurum esse, ut Petrus Keglewych de Bwsyn, quem a rege iussus cepit, liberetur, e converso Petrus promittit Nicolao castellum et oppidum Kaproncza, si castellani ea ei resignare velint. Orig. [Mayer]

576. Chakthornyae, 11. IX. 1546. (D – XXX – 106)

Banus Nicolaus comes de Zrynio fatetur se Gasparem et Matthiam, quos simul cum eorum patre Petro Keglewych de Bwsyn cepit, liberos dimisisse et alteri eorum permittere, quandocumque voluerit, cum patre colloqui. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 225, str. 255-256.

577. Chakthornyae, 11. IX. 1546. (D – XXX – 107)

Banus Nicolaus comes de Zrynio captivo Petro Keglewych de Bwsyn in eius castris et bonis se nullum impedimentum allaturum et eius filiis Georgio et Francisco intra unum mensem liberum accessum ad ea permissurum esse promittit. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 226, str. 256.

578. Zagrabiae, 5. XII. 1546. (D – XXX – 108)

Stephanus Bradach de Ladomercz suo et suorum nomine fratrem suum condivisionalem Iohannem Bradach coram capitulo Zagrabiansi iuridice prohibet, ne portiones in Ladomercz, Pawkow werh, Belowar, Byztrycze alienet, cum consanguinei eodem pretio eas emere maius ius habeant. Orig. [Mayer]

579. Zagrabiae, 25. I. 1547. (D – XXX – 109)

Gaspar Gwzych, vicebanus ac comitatus Crisiensis et Zagrabiansis comes, Marco Mathychych seu Sygmondych, Michaeli et Georgio Nempchych aliisque nobilibus de Belozlawcz, qui ob continuas Turcarum incursiones non habebant, quo cum coniugibus liberis confugerent, a Nicolao comite de Zrynio bano, permissum esse confirmet, ut intra metas bonorum Belozlawcz in districtu Marocza (comitatus Zagrabiansis) aliquod fortalium ligneum cum propugnaculis et aliis necessariis aedificiis exstruerent. Orig. [Šavor]

580. In Ormosd, 27. II. 1547. (D – XXX – 110)

Lucas Zekel de Kewend, liber dominus in Ormosd ac capitaneus regius, eiusque

uxor Catherina Imrehffy de Zerdahel in omnibus causis ab ipsis contra alios vel ab aliis contra ipsos motis, Ioannem Zomor de Poketheleke, Ambrosium de Blych, Ambrosium litteratum de Gregoryancz, Nicolaum et Michaelem de Mylethyncz aliosque quosdam legitimos suos procuratores coram Thoma de Nadasd, terrae Fogaras ac comitatus Castri Ferrei comite curiaque regiae iudice, designent. Orig. [Šavor]

581. Zagrabiae, 28. II. 1547. (D – XXX – 111)

Capitulum Zagrebiense litteris Nicolai comitis de Zrynyo bani ad petitionem Elenae viduae ac Stephani et Nicolai, filiorum quondam Emerici Bradach de Ladomercz, qui nobilem Petrum Pethrychych de Zthobycza depraedationis et iniustae vadiationis in possessione Zelnycze in districtu Byzthrycza factae accusaverunt, in Ormosd 28. II. datis iussum, inquisitione 26. II. 1547. facta reum admonet, ut termino certo Zagrabiae coram bano compareat facinorum commissorum rationem redditurus. Orig. [Šavor]

582. In Wyneczko, 13. III. 1547. (D – XXX – 112)

Gaspar de Sythowynye Barbaram Ewssy viduam et Petrum filium Iohannis Castellannffy de Zenthlelek 23 florenis, ab eis secundum compositionem ab arbitris factam, acceptis de omnibus causis coram Iohanne de Belowarcz, iudice nobilium comitatus Zagrabiensis, et Michaele Forgacz, iudice nobilium comitatus Crisiensis, expeditos dicit. Orig. [Mayer]

583. Zagrabiae, 18. III. 1547. (D – XXX – 113)

Wolfgangus, Ioannis Wokozlawych de Wyzokafew filius, quia Stephano Praschozy violentae occupationis cuiusdam iuris montani eiusque proventuum in territorio possessionis Wyncz (comitatus Crisiensis) ab eodem Ioanne patre dicto Stephano impignoratorum atque aliorum potentiorum aetuum sententia capitali et in amissionem omnium iurium possessionariarum, rerum atque bonorum mobilium convictus est, pro redemptione sua capituli reliquorumque bonorum ac in recompensam premissorum gravaminum eidem Stephano possessionem suam Wyzokafew et Borkowcz necnon portionem suam in Wyncz ac quandam sessionem Kowachenszko zelo in possessione Alsokrayachowcz coram Nicolao comite de Zrynyo, dono dat, e coverso autem Stephanus eundem Wolfgangum omnibus iudicialiis omnibus absolutum declarat. Orig. [Šavor]

584. Zagrabiae, 18. III. 1547. (D – XXX – 114)

Nicolaus comes de Zrynyo banus, capitulo Zagrabiasi praecipit, ut de Ladislao Kercheny de Kanyaffewlde eiusque castellanis Mathia Zermegh ac Iohanne Dely, qui a Petro Kastellanffy de Zenthlelek violentiae ac rapinae iobagionibus eius commissae accusati sunt, inquisitionem habeat eosque in ius evocet. Orig. [Šavor]

585. Zagrabiae, 21. III. 1547. (D – XXX – 115)

Benedictus Dombrensis, canonicus Zagrabienensis, Annam, quondam Ioannis Horwath viduam, quae petitori de omnibus actibus potenciaris ac rebus a hominibus mariti eius ablatis satisfecit, expeditam dat. Orig. [Šavor]

586. Zagrabiae, 24. III. 1547. (D – XXX – 116)

Nicolaus comes de Zrynyo banus, vicebanus, iudices ac sedis iudiciariae assessores ad petitionem Elenae, Petri Pethrowych viduae, nunc Martini Posesacz uxoris, quasdam litteras Francisci de Bastthyan ac Ioannis Torquati, banorum, adiudicatorias Zagrabiae 1528. in causa actricis contra Nicolaum Mernyarchych de Dolacz ac Franciscum Imprych necnon Gregorium Pethrowych, fratrem mariti eius, quae hoc mortuo in Hyeronimam, viduam eius, condescensa esset, datas in earum articulis et clausulis approbant ac in pristino vigore relinquunt. Orig. [Šavor]

587. Zagrabiae, 26. III. 1547. (D – XXX – 117)

Nicolaus comes de Zrynyo, banus, ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd, in causa inter Thomam Zalay de Zelews, ut actorem, et Nicolaum Marthynnussewych, ut reum, ob contradictoriam inhibitionem statutionis possessionis Zadrowcz (comitatus Warasdiniensis) acta paria litterarum edit, quibus capitulum Zagrabienense a Francisco de Rewa, comite comitatus de Thwroc ac locumtenente, litteris eius Tirnauiae 10. III. 1545. datis, iussum praefatum actorem in dominium curiae portionumque quondam Bernardi Wychych in possessione Zadrowcz 18. II. introducere voluit, cui autem introductioni a memorato reo, qui ab hoc in iudicium vocatus est, contradictum est. Orig. [Šavor]

588. Zagrabiae, 31. III. 1547. (D – XXX – 118)

Capitulum Zagrabienense Nicolao comiti de Zrynyo, bano, qui ad petitionem Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd ac capitanei regii, ei praecepit, ut priorem iudiciariam commissionem et deliberationem iuxta continentiam litterarum adiudicatoriarum in causa inter praefatum Lucam, ut actorem, et Nicolaum Beroyewych eiusque uxorem Claram ac filios Michaellem et Christophorum, ut reos, exequeretur, nuntiat se a tali executione, quem in possessione reorum Dobowcz in pertinentiis castelli Also-Zthobycza sita 26. III. 1547. perficere voluit, a Iohanne Kathy, spano dictorum accusatorum, minacibus verbis repulsum esse, ob quam potentiarum inhibitionem eos in ius evocatos esse. Orig. [Šavor]

589. Zagrabiae, 1. IV. 1547. (D – XXX – 119)

Nicolaus de Zrynyo banus, ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd ac capitanei regii, in causa inter eum, ut reum, ac Thomam, praepositum ecclesiae Beatae Virginis de Area, ut actorem, ob contradictoriam statutionis domini castri Zomzedwara ac castelli Also Zthobycza inhibitionem actam ad rogatum

eiusdem Lucae edit paria litterarum capituli Zagrabiensis de 21. I. 1546., quibus idem a Thoma de Nadasd, comitatus Castri Ferrei comite ac curiae regiae iudice, litteris eius Wyennae 16. XII. 1545. datis, iussum praefatum Lucam in dominium dicti castri et castelli a rege donatorum 14. I. 1546. introduxisse, cui autem introductioni a memorato actore ob 10 florenos census quos idem reus dictae ecclesiae persolvere obstrictus non persolvit, contradictum est, quare contradictor in ius evocatus est. Orig. [Šavor]

590. Kapronczae, 25. IV. 1547. (D – XXX – 120)

Banus Nicolaus comes de Zrynio a Georgio Keglewych de Bwsyn castrum Sancti Georgii Zenthgyerghwara, castellum Kaproncza et fortalitium Prodawyz cum omnibus bonis et rebus regi reddita accipit. Orig. [Mayer]

591. Zagrabiae 10. V. 1547. vide Zagrabiae, 7. IV. 1549. (D – XXXI – 42)

592. Zagrabiae, 31. V. 1547. (D – XXX – 121)

Georgius, Gaspar, Franciscus, Mathias, Nicolaus, Petrus et Simon Keglewych de Bwsyn Ferdinandum regem, ne dimidiam partem castri et possessionem Krapina conferat, Lucam Zekel de Kewend liberum dominum in Ormosd, ne occupet, capitula et alia loca credibilia, ne litteras edant, coram Capitulo Zagrabiensi iuridice prohibent. Orig. [Juričan]

593. Lythomericii, 24. VI. 1547. (D – XXX – 122)

Ferdinandus rex ad supplicationem Georgii, Francisci, Gasparis, Mathiae, Nicolai, Petri et Simonis, filiorum Petri Keglewych de Bwsyn, qui propter violentam occupationem bonorum Hamponum, ob defectum seminis ad regem devolutorum, in proscriptionem incidit, capitibus et bonis eorum excepta dimidia parte castri et possessionum Krapina, quam rex iam Lucae Zekal de Kewend pignori obligavit, gratiam et misericordiam facit ea sub conditione, ne rebellionis patris imposterum consentiant. Orig. [Juričan]

594. In St. Daniel, 4. VIII. 1547. (D – XXX – 123)

Testamentum Danielis Panitonsor, quo uxorem suam Blasiam heredem coram Iacobo Volcamero artium liberalium baccalaureo et notario publico et 4 testibus dicit. Ex nota a tergo apposat apparet locum S. Daniel "in Krasso" esse. Cop. simpl. [Juričan]

595. Wiennae, 11. VIII. 1547. (D – XXX – 124)

Ferdinandus rex iudici iuratisque civitatis Zagrabiensis praecipit, ut contra fures commeatus sui Zagrabiae inquirant et eos puniant. Germanice conscriptum. Orig. [Mayer]

596. Pragae, 5. IX. 1547. vide Zagrabiae, 9. VII. 1548. (D – XXXI – 12)

597. Pragae, 11. IX. 1547. (D – CXCVIII – 174)

Catharina, Ioannis Papp vidua, coram rege Ferdinando questa est, quod Thomae Stentpetherg, officiali oppidi Sabariae in comitatu Castris Ferrei sitae pecuniam, quam ipsa pro oppignorata curia nobilitari in possessione Alad in eodem comitatu sita percepit, violenter occupavit et in possessionem adversus contradictionem eius se intromisit, immo pecuniam pro redemptione possessionis denuo oblatam percipere noluit, quamobrem rex sedi iudiciariae praefati comitatus praecipit, ut partes litigantes in ius vocaret et iustam sententiam ferret. Orig. [Gorski]

598. Zagrabiae, 12. IX. 1547. (D – XXX – 125)

Ursula, Iohannis Nowakowych vidua, suo ac consanguinea suorum nomine apud capitulum Zagrabiae intercessionem facit contra Ferdinandum regem, ne conferat, contra quoslibet alios, ne emant vel occupent castrum Hrezno eiusque pertinentias. Orig. [Šavor]

599. Zagrabiae, 25. IX. 1547. (D – XXX – 126)

Georgius de Kwthenya, collegii praebendariorum decanus, Ladislaum Kerecheny de Zelyna ceterosque nobiles in districtu Marocza commorantes rogat, ut presbyteris a collegio ad decimam Marocza colligendam missis auxilio sint. Orig. [Šavor]

600. In castro Chazarwara, 28. IX. 1547. (D – XXX – 127)

Wolfgangus Englprecht ab Auerspergh, liber dominus in Sembergh ac Balthazaris de Sthromberg tutor, quoddam molendinum prope villam Klokowecz in fluvio Kozthelina in pertinentiis castri Chazarwara situm Benedicto Keglewych de Wynnio tali sub condicione donat, ut census de molendino annuatim solvat. Orig. [Šavor]

601. Kapornak, 3. X. 1547. (D – XXIX – 160)

Conventus ecclesiae sancti Salvatoris de Kapornak ad rogatum Ioannis litterati Symwnych de Malykowcz paria litterarum quondam Gasparis Ernusth de Chakthornya, Chakthornyae datarum 25. VII. 1538., quibus quaedam sessio Zthrelschyna in possessione Lapsyna in pertinentiis castri Strigo in districtu Drawa Mwrakez (comitatus Zaladiensis) praefato petitori ac Georgio, Fabiano et Antonio, fratribus eius carnalibus, dono datur, deinde litterarum Ferdinandi regis, Pragae datarum 21. VI. 1543., quibus eadem donatio comprobatur, itemque litterarum eiusdem regis, Pragae datarum 25. VI. 1543., quibus conventus iussus praefatum petitem in dominium donatae sessionis 9. VIII. 1543. inducit, edit. Orig. [Šavor]

602. Crisii, 22. X. 1547. (D – XXX – 128)

Gaspar Gwzych de Thwran vicebanus ac iudices nobilium comitatus Crisiensis

testantur Christophorum Praschoczy de Praschowcz, quem Iohannes plebanus in Czyrquenna de rapina porci accusavit, inquisitione facta convictum et ammonitum esse. Orig. [Mayer]

603. Posonii, 31. X. 1547. (D – XXX – 129)

Thomas de Nadasd de Fogaras comes comitatus Castri Ferrei et iudex curiae regiae, litteras de causa coram se descensa a Michaele et Ladislao Kerechyny mota, qui Franciscum, Blasium et Emericum de Hassaagy de violenta occupatione domorum et possessionum Bebes Kerechen et Zamarfewlde et rapina rerum (comitatus Zala-diensis) accusaverunt, exponentibus edit. Orig. [Juričan]

604. Crisii, 26. XI. 1547. (D – XXX – 130)

Gaspar Gwzych de Thwran vicebanus ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Christophorum Praschoczy de Praschowcz quendam iobagionem suum, qui ad Ladislauum Kerecheny de Kanyaffewlde confugit et in eius bona praeter eius scitum et voluntatem se transtulit, recipere nolle. Orig. [Mayer]

605. Augustae Vindeliciorum, 8. XII. 1547. (D – XXX – 131)

Ferdinandus rex, litteris 8. XII. 1547. datis, Nicolao comiti Zriniensi, bano, ad petitionem Georgii Keglewych de Bwsyn praecipit, ut Blasium Kerpych, servitorem petitoris, captivum, fidemissionis obligamine absolutum reddet eiusque filium omni redemptionis pactione sine mora liberum dimittat, eidem autem petitori mandat, ut praefatos liberatos ad se perducatur. Orig. [Šavor]

606. Augustae Vindeliciorum, 8. XII. 1547. (D – XXX – 132)

Ferdinandus rex Lucae Zekel de Kewend mandat, ut mediam partem castri Krapyne Georgio, Gaspari, Francisco, Mathiae, Petro, Nicolao et Simoni, Petri Keglowych de Bwsyn filiis, ob excessus contra regem commissos ademptam atque ei 2 000 florenorum Rhenensium inscriptam iisdem, qui in posterum regi obedientiam promiserunt, expensis prius praedictis 2000 florenis, remittat. Orig. [Šavor]

607. Augustae Vindeliciorum 9. XII. 1547. vide Zagrabiae, 3. III. 1548. (D – XXX – 133)

608. Augustae Vindelicorum, 12. XII. 1547. (D – XXX – 132a)

Ferdinandus rex Lucae Szekel de Kewend, libero domino in Ormosd, consiliario regio et in regno Sclavoniae capitaneo, committit, ut medietatem bonorum castri Krapina, sibi anno superiore oppignoratam, filiis Petri Keglewych (Georgio, Gaspari, Francisco, Matthiae, Petro, Nicolao et Simoni), quibus licentiam eiusdem medietatis bonorum redimendae dederit, summa inscriptionis ab iisdem percepta restituat.

A tergo: litterae regiae Lucae Szekel Varadini 29. februari 1548. exhibitae.

Latine. Orig. [nepotpisan]

609. sine loco, 1547. (D – CXXXIX – 1)

Tabula genealogica comitum de Frangepanibus, qui ab exulibus Romanis orti esse dicuntur partimque Austriacis, partim Hungariae regibus subiecti, ab Udalrico, qui tres liberos Dionysium, Bartholomaeum et Thiemonem anno 1240. reliquit, descendentibus cum Wolfgango anno 1546. finiens. Cop. [Šavor]

610. sine loco, 1547. (D – CXCVIII – 176)

Nicolaus comes a Zrinio capitulo Zagrabiensi querelam cuiusdam Leonardi Itali eiusque uxoris Elizabeth, ob non praestitum iuramentum Elizabethae, in quadam causa Michaelis Ottinecz ob furtum mota, quod a hominibus praepositi Thomae in vincula coniecti et penitus spoliati sint, nuntiat. Cop. [Moscatello]

611. Crisii, 24. I. 1548. (D – XXXI – 3)

Ex inquisitione, quam Ambrosius litteratus de Gregoryancz a Gaspare Gwzych de Thwran, vicebano ac comitatus Crisiensis iudice, ad petitionem Ladislai Kerechyny de Kanyaffelde iussus 20. I. 1548. fecit, constat duos iobagiones petitoris in possessione Sabnycza Zenthiwan (comitatus Crisiensis) a Christophoro Praschoczy de Praschowcz, contra constitutionem regni ac contra conventum inter petitem et dictum Christophorum factum, cum omnibus rebus clenodiisque domorum per vim abductos esse. Orig. [Šavor]

612. Crisii, 24. I. 1548. (D – XXXI – 4)

Ex inquisitione, quam Ambrosius litteratus de Gregoryancz a Gaspar Gwzych de Thwran, vicebano ac comitatus Crisiensis iudice, ad petitionem Ladislai Kerechyny de Kanyaffelde iussus 20. I. 1548. fecit, constat Thomae Dwzych, petitoris iobagioni in possessione Sabnycza Zenthiwan commoranti vim a Christophoro Praschoczy de Praschowcz illatam esse. Orig. [Šavor]

613. Crisii, 24. I. 1548. (D – XXXI – 5)

Ex inquisitione, quam Ambrosius litteratus de Gregoryancz a Gaspare Gwzych de Thwran, vicebano ac comitatus Crisiensis iudice, ad petitionem Ladislai Kerechyny de Kanyaffwelde iussus 20. I. 1548. fecit, constat Blasium Wrabecz, iobagionem petitoris in possessione Czyrquenna commorantem a Christophoro Praschoczy de Praschowcz contra constitutionem regni ac contra conventum inter petitem ac eundem Christophorum factum, cum omnibus rebus clenodiisque domus per vim abductum esse. Orig. [Šavor]

614. Crisii, 25. I. 1548. (D – XXXI – 6)

Ex inquisitione, quam Ambrosius litteratus de Gregoryancz a Gaspare Gwzych de Thwran, vicebano ac comitatus Crisiensis iudice, ad petitionem Ladislai Kerechyny de Kanyaffelde iussus 20. I. 1548. fecit, constat a Christophoro Praschochy de Pras-

choch 100 vel circa cubulos vini e celario ecclesiae Beati Ioannis Baptistae in possessione Sabnycha Zenthywan per vim ademptos esse. Orig. [Šavor]

615. Crisii, 11. III. 1548. (D – XXXI – 7)

Ex inquisitione, quam Christophorus Borothwa de Wrbowcz a Gaspare Gwzych de Thwren, vicebano ac comitatus Crisiensis iudice, ad petitionem Barbarae Ewssy, quondam Iohannis Castellanffy viduae, ac Petri Castellanffy de Zenthlelek, iussus 6. III. 1548. fecit, quendam Georgium Zdenchay, concivem comitatus Warasdinien-sis, a Petro Dezpotowych de Lyka prope ecclesiam Beate Mariae Virginis in Bykzad oppressum rebusque suis spoliatum esse constat. Orig. [Šavor]

616. Zagrabiae, 3. III. 1548. (D – XXX – 133)

Capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis, Augustae Vindeliciorum 9. XII. 1547. datis, iussum Lucae de Kewend, libero domino in Ormosd ac capitaneo regio litteras regis cum praeinsertis litteris capituli exhibitas, quae de restitutione dimidia partis Krapyna Georgio, Gaspari, Francisco, Mattiae, Petro, Nicolao et Simoni Keglewych de Bwsyn agunt, proposuit, ad quae idem Lucas dictum castrum post diuisionem inter dominum Keglewych ac socerum suum Michaellem Fekethew factam integraliter uxoris suae esse respondit. Orig. [Šavor]

617. Zagrabiae, 14. IV. 1548. (D – XXXI – 8)

Georgius Keglewych de Bwsyn fratresque eius contra Lucam Zekel de Kewend coram capitulo Zagrabiensi protestantur quod non solum mandato regio spreto bona castrum Krapyna familiae Keglewych, quae 2000 florenis ei solvere parata sit, tradere recusat, sed etiam colonos et domum eiusdem familiae spoliavit. Orig. [Juričan]

618. In Augsburg, 18. IV. 1548. (A – I – 5)

Carolus V., imperator et rex, Iacobo Metzberger, praeclaris virtutibus praedito, propter fidelitatem et servitia sibi praestita, litteras privilegiales cum scuto, nobilitatis insigni, in mediis litteris depicto, confert. Germanice consc. Orig. [Marušić]

619. Posonii, 13. V. 1548. vide Posonii, 15. V. 1548. (D – XXXI – 9)

620. Posonii, 15. V. 1548. (D – XXXI – 9)

Capitulum Posoniense, a Thoma de Nadasd, iudice curiae regiae, litteris Posonii 13. V. e. a datis, iussum, Ioanni Czobor de Czobor-Zenthmyhal edit par litterarum eiusdem capituli 20. IV. 1516., quibus Wolfgangus comes de s. Georgio et de Bozyn castrum Kecze (Kewpcze) in comitatu Mosoniensi cum pertinentiis, sibi a Petro comite de s. Georgio et Bozyn 1000 florenis pignori datum, Wolfgango Pwczlyesperger etiam 1000 florenis pignori dat. Cop. [Mayer]

621. Zagrabiae, 8. VI. 1548. (D – XXXI – 10)

Catharina, vidua Michaelis Fekethew et nunc uxor Wolfgangi de Frangepanibus, omnes fassiones, quibus iura sua in bonis Krapyna et Kozthel (in comitatu Warasdinensi) et oppido Patha (comunitatis Simigiensi) Wolfgango coacta dedit, coram capitulo Zagrabiensi 4 (vel 2) VI. 1548. revocat, cum ipsa in praefatis bonis nullum ius habuerit, sed haec bona heredum primi mariti sui Michaelis Fekethew sint. Orig. [Juričan]

622. Zagrabiae, 5. VII. 1548. (D – XXX – 134)

Capitulum Zagrabiense Georgio Keglewyth de Bwsyn edit par litterarum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd, copiarum regis in Slavonia capitanei, 27. IV. 1547 datarum, quibus Lucas Zekel, qui una cum Petro Keglewych de Bwsyn castrum Krapina cum pertinentiis emit earumque dimidiam partem possidet, etiam alteram dimidiam partem cum castro, quae Petri fuit, a Ferdinando rege, cuius litterae in Eger 12. IV. 1547 datae hic transsumptae sunt, 2000 florenis Renensibus (“quemlibet eorum per 60 cruciferos computando”) tamquam pignus obtinuit. Orig. [Mayer]

623. Zagrabiae, 5. VII. 1548. (D – XXXI – 11)

Georgius Keglewych de Bwsyn coram capitulo Zagrabiensi protestatur se scripturae cuidam manu Ambrosii literati de Gregoryancz conscriptae et sibi a bano Nicolao de Zrynio, suo inimico oblatae, qua possessionem Wracza Iohanni Alapii cessit, sigillum et subscriptionem invitum et coactum apposuisse, quare eas litteras revocat. Orig. [Mayer]

624. Zagrabiae, 9. VII. 1548. (D – XXXI – 12)

Capitulum Zagrabiense Ferdinandi regis litteris Pragae 5. IX. 1547. datis iussum Ambrosium litteratum de Gregoryancz in dominum portionum ac curiae nobilitaris Andreae de Blaskowcz in possessione Blaskowcz et Drenowa in districtu de Marocha (comitatus Zagrabiensis), quae eidem Andreae ob necem in fratre factam ademptae praefato Ambrosio a rege donatae sunt, 24. VI. 1548. introducitur. Orig. [Šavor]

625. In Bihagh, 9. VIII. 1548. (D – XXXI – 13)

Barbara vidua et Petrus et Christophorus et Ladislaus filii Ioannis Castelanfi de Zenthlelek nobili Gregorio Barbir de se bene merito duas sessiones et dimidiam donant. Solum Petrus et Christophorus se subscripserunt; etiam sigillum, quod imprimere voluerunt, deest. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 256, str. 291.

626. Vieniae, 30. VIII. 1548. (D – XXXI – 14)

Ferdinandus rex, litteris Vienna 30. VIII. 1548. datis, Georgium Keglewyth de Bwsyn, qui a rege iussus arcem Zenthgyergh et fortalitium Prodawyz simulcum

omnibus rebus Ioanni Hezthy ac Vito Wgrynowythy restituit, expeditum reddit.
Orig. [Šavor]

Izdanje: MH, dok. 263, str. 300.

627. Krapinae, 1. IX. 1548. (D – XXXI – 15)

Cum Georgius Keglewych de Busyn se Mathiae Sampuch, quem et cuius sororem Petrus Keglewych diu in vinculis detinuit eorumque bona dilaceravit, ad standum in iudicio obligaverit, Antonius de Bosako et ceteri 8 iudices et arbitri diiudicant Georgium Keglewych facinorum patris sui non reum esse nec exponenti satisfacere obligatum esse. Orig. [Juričan]

628. Viennae, 11. X. 1548. (D – XXXI – 16)

Ferdinandus rex ad rogatum Francisci Keglewych de Bwsyn, abbatis ecclesiae Beate Mariae Verginis de Thopozka, Ioanni Alapy de Nagh Kemlek praecipit, ut praedium Wrathcha, iuxta Colapim et ad abbatiam spectantem, quod occupavit, omnimode et sine mora abbatiae reddat. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 265, str. 301-302.

629. Viennae, 18. X. 1548. (D – XXXI – 17)

Ferdinandus rex, litteris Viennae 18. X. 1548. datis, capitulo Zagrabiensi et Paulo Rattkay de Nagh Tabor ac Christophoro Cerat, arcis Chazarwara praefecto, praecipit, ut ac castrum Krapyna personaliter accedentes diligenter animum attendant, an Lucas Zekel de Kewend, liber dominus in Ormosd ac capitaneus regius mediam partem dicti castrum secundum continentiam litterarum regis inscriptionalium suarumque reversalium Georgio Keglewych eiusque fratribus resignaturus sit. Orig. [Šavor]

630. Posonii, 6. XI. 1548. (D – XXXI – 18)

Ferdinandus rex, litteris Posonii 6. XI. 1548. datis, Michaeli et Christophoro, Martini Zthobyczay de Dwbowecz filiis, possessionem Dwbowecz cum curia nobilitari, quam iidem progenitorum suorum fuisse dicunt, dono dat. Orig. [Šavor]

631. Posoni, 7. XI. 1548. vide Viennae, 18. I. 1549. (D – XXXI – 24)

632. Zagrabiae, 9. XI. 1548. (D – XXXI – 19)

Dorothea, Blasii Lowrekoych de Glawnycza vidua, Simonem, Valentini Santynzyn de Marocha filium, coram capitulo Zagrabiensi adoptat eumque in consortium ac participationem tertiae partis omnium bonorum suorum assumit sub condicione, ne bona in manibus alienis forte obligata et existentia atque ab eodem Simone redempta inter Nicolaum, Dorotheae filium, eiusque nepotem Franciscum dividantur. Orig. [Šavor]

633. Venetiis, 20. XII. 1548. (DV – II – 95)

Franciscus Donatus, dux Venetiarum, cum capitibus consilii X auditis oratoribus nobilium et popularium Iadrae in iudicio contradictorio statuit, ut cives nobiles copiam deliberationum in consilio suo latarum popularibus postulantibus dare non teneantur, ac de ea re Ioannem Dominicum Ciconiam comitem et Laurentium Bragadenum capitaneum Iadre, certiores facit. Italice conscr. Cop. pap. [Marušić]

634. Viennae, 3. I. 1549. (D – XXXI – 20)

Ferdinandus rex Nicolao comiti Zriniensi, bano, praecipit, ut ad rogatum Stephani Ezhyeny, qui Ioannem Alapy de Nagh Kemlek, Ioannem et Paulum Mykwlych et Gasparum Guzych de Thwran vicebanum, de rapina et vi accusaverat, rei exponenti ablatas res refundant et satisfaciant ac eum ab violentiis defendat. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 274, str. 318-319.

635. Viennae, 9. I. 1549. (D – XXXI – 21)

Ferdinandus rex Lucae Zekel de Kewend, libero domino de Ormosd et capitaneo regio, praecipit, ut in dimidia parte bonorum arcis Krapinae Georgio Keglewych eiusque fratribus cum damno illorum tradita, in omnibus Georgio Keglewych eiusque fratribus satisfaciat. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 276, str. 320.

636. Viennae, 12. I. 1549. (D – XXXI – 22)

Paulus de Warda, archiepiscopus Strigoniensis summus cancellarius ac locumtenens regius, ad rogatum Georgii Rathkay, vicecomiti comitatus Warasdiensis praecipit ut multa damna, ut asseritur, in dimidia parte bonorum arcis Krapinae exponenti illata a Luca Zekel de Ormosd inquirant et regi nuntient. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 277, str. 320-321.

637. Viennae, 12. I. 1549. vide Zagrabiae, 29. II. 1549. (D – XXXI – 27)

638. Zagrabiae 14. I. 1549. vide Pragae, circa 22. VI. 1549. (D – XXXI – 55)

639. Warasdini, 17. I. 1549. (D – XXXI – 22)

Ioannes et Franciscus de Gregorowcz coram Paulo de Rathka, vicecomite comitatus Warasdiensis, unionem faciunt, ut omnes discordias inter se coram 7 elecits arbitris componant, quorum arbitrium quae pars non accipiat, in 100 florenis Hungaricalibus contra vicecomitem et alteram partem vincatur. Orig. [Juričan]

640. Viennae, 18. I. 1549. (D – XXXI – 24)

Capitulum Zagradiense litteris Francisici de Rewa, comitis de Thurocz officii palatinatus locumtenentis, Posonii 7. XI. 1548. datis iussum, testatur se Barbaram, viduam

Ioannis Preyko eiusque filium Franciscium in dominium possessionis Blatnicza (comitatus Zagrabiensis), quam Bartholomaeus Budachky de Bwcha fassione sua iam ante 30 annos Mixae Spissych de Iappra, patri Barbarae, dedit, 31. I. 1549., nemine contradicente, introducisce. 5 cop. [**Juričan**]

641. Zagrabiae, 24. I. 1549. (D – XXXI – 25)

Martinus Drwgchych de Glawnycza Simonem, Dorotheae Blasii Lowrekoych de Glawnycza viduae, filium adoptivum, qui ei 9 florenos ac 25 denarios ab eodem Blasio mutuo sumptos expendit, coram capitulo Zagrabiensi solutione expeditum reddit. Orig. [**Šavor**]

642. Zagrabiae, 3. II. 1549. (D – CXCVII – 177)

Catharina Swugorich Petro Krupych aurifabro eiusque uxori Dorotheae hortum suum in teritorio civitatis Montis Grecensis Zagrabiensis situm cum omnibus pertinentiis florenis 8 vendidit. Orig. [**Gorski**]

643. Posonii 20. II. 1549. vide Zagrabiae, 11. IV. 1549. (D – XXXI – 44)

644. Warasdini, 28. II. 1549. (D – XXXI – 26)

Paulus de Rathka, vicecomes et iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd uxorisque eius Catherinae Imrehffy de Zerdahel, qui Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filium Georgium de rapina unius vasis vini Nicolao et Elisabeth Wythkoych, iobagioni exponentium in possessione Mykethyncz (comitatus Warasdiensis) accusaverunt, 23. II. 1549. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [**Juričan**]

645. Zagrabiae, 29. II. 1549. (D – XXXI – 27)

Capitulum Zagrabiense litteris Pauli de Warda, archiepiscopi Strigoniensis ac locumtenentis, ad petitionem Georgii Keglewych de Bossyn, qui Lucam Zekel de Ormosd mediae partis arcis Krapynae Ferdinandi regis mandatu sibi redditae non tamen ita, ut eam a rege acceperit, sed cum damnis, de quibus a capitulo ac Paulo Rattkay inquisitio facta est, accusavit, Viennae 12. I. 1549. datis iussum paria litterarum de hac inquisitione Krapynae 29. VIII. facta edit. Orig. [**Šavor**]

646. Zagrabiae, 3. III. 1549. (D – XXXI – 28)

Andreas Iagwsthynech de Drenowa et ceteri consanguinei intercessionem, contra Annam, viduam Francisci Chwechych de Blaskowcz, ne bona sua in possessione Drenowa (comitatus Zagrabiensis) aliquo modo alienet, regem, ne conferat, omnes homines, ne emant et approprient, et capitula et loca credibilia, ne litteras aliquas edant, coram capitulo Zagrabiensi faciunt. Orig. [**Juričan**]

647. In Ormosd, 8. III. 1549. (D – XXXI – 29)

Anna, filia Andreae litterati Golenych de Blaskowcz possessiones suas Drenowa, Blaskowcz, Malchewcz, Polonye et Welyka gora (comitatus Zagrabiensis) Ambrosio litterato de Gregoryanz, iudici nobilium comitatus Crisiensis coram Thoma de Nadasd de Fogaras, comite comitatus Castri Ferrei, iudice curiae regiae 100 florenis Hungaricalibus vendit. Orig. [Juričan]

648. Crisii, 12. III. 1549. (D – XXXI – 30)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, ad relationem Michaelis de Rawen, curiae regiae iudicis ac regni protonotarii, Elenae Pewkry, quondam Emerici Bradach de Lado-mercz viduae, quae ab Ursula, Gregorii Wgrynowytha vidua, pugionis cuiusdam retenti, quem Ioannes Horwath de Kuschyche, gener eius a Radozawo Pely, actricis genero, mutuum sumptum nondum restituit, qui uero hoc mortuo ad manus praefatae Elenae, postea Annae, filiae eius, praedicti Ioannis viduae devenit, accusata est, litteras testimoniales edit, quibus, iudicum sententia, actrix pugionem ab Anna requirere debeat, accusata uero Elena omni culpa absoluta est. Orig. [Šavor]

649. In Rawen, 14. III. 1549. (D – XXXI – 31)

Thomas Galynowych, villicus et officialis Francisci Keglyewych, electi abbatis ecclesiae de Thopozka, in Berkwsewyna, cum anno 1546. exercitum Wlimabegi bassae Boznensis, qui Colapi flumine traiecto post Carniolam vastatam in comitatum Zagrabiensem irruere conatus est, a vado Wagathowycha Brod in Colapi cum suis colonis repulisset, Turcarum waywodan Vylych cepisset, quinque equis et alia praeda potitus esset, e proelio revertens a nobili Georgio Kathyh, familiari Georgii Zluny de Frangepanibus, ex huius mandato spoliatus est. Propterea et quod Ioannes Alapy de Nagy-Kemlek possessionem dictae abbatiae Wrathczam usurpavit banus Nicolaus comes de Zrynio capitulo Zagraniensi mandat, ut eos tres reos ad rogatum Francisci Keglyewych ante banum ad 15. diem in ius vocet.

Quod ut e nota a tergo apparet, factum est. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 288, str. 328-329.

650. In Rawen 14. III. 1549. vide Zagrabiae, 29. III. 1549. (D – XXXI – 38)

651. In Rakonok 16. III. 1549. vide Zagrabiae, circa 25. III. 1549. (D – XXXI – 34)

652. In Rokonok 16. III. 1549. vide Zagrabiae, 28. III. 1549. (D – XXXI – 37)

653. Zagrabiae 20. III. 1549. vide Zagrabiae, 25. III. 1549. (D – XXXI – 35)

654. Warasdini, 22. III. 1549. (D – XXXI – 32)

Paulus de Rathka, vicecomes et iudices nobilium comitatus Warasdiensis testan-

tur ex inquisitione ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd eiusque uxoris Catharinae Imrehffy de Zerdahel qui Petrum Keglwych de Bwsyn eiusque filium Georgium, quod saepes Georgio Werbanek, iobagioni exponeretium in Bolihowo, pertinentiis castri Kozthel, diruit, accusaverunt, 17. III. 1549. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

655. Zagrabiae 23. III. 1549. vide Zagrabiae, 12. IV. 1549. (D – XXXI – 47)

656. Zagrabiae 24. III. 1549. vide Zagrabiae, 29. IV. 1549. (D – XXXI – 50)

657. Zagrabiae circa 24. III. 1549. vide Zagrabiae, 29. IV. 1549. (D – XXXI – 51)

658. Zagrabiae, circa 25. III. 1549. (D – XXXI – 33)

Nicolaus comes de Zrynyo banus, in causa inter Michaellem Radoslaw de Mylethyncz, ut actorem, contra Petrum Keglwych de Bwsyn, qui actoris iniuste capti ac in captivitate detenti, ex qua 100 florenis per vim extortis emissus est, accusatus est, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut bona eiusdem Petri, qui neglecta admonitione capitali, litteris eiusdem bani 25. III. 1549. datis, iussa et facta, ut coram bano comparet rationem facinoris commissi reddituras, non comparuit, quare maioris potentiae sententia capitali ac amissione universorum banorum ac iurum possessionariorum damnatus est, reambulatione aestimationeque prius facta atque debita pecunia 50 marcarum necnon 100 florenorum auri actori expensa occupet tituloque pignoris statuatur, illos autem, qui dicta iura possessionaria ad se redimere velle asserunt, admoneat, ut coram bano compareant occultatores vero rerum mobilium, si qui fuerint ac res restetuerere recusaverint, in ius evocet. Orig. [Šavor]

659. Zagrabiae, 25. III. 1549. (D – XXXI – 34)

Capitulum Zagrabiense, litteris Nicolai comitis de Zrynio bani in Rakonok 16. III. 1549. datis, iussum testatur se Petrum Keglwych de Bwsyn eiusque filium Georgium, quos Mathias Sampuch de Felsew Thoplycza de violenta incarceratione tam sororis suae Doritheae, viduae Thomasychewych, quam et sui accusavit, 23. III. 1549. ammonuisse et in ius banale evocasse. Orig. [Juričan]

660. Zagrabiae, 25. III. 1549. (D – XXXI – 35)

Capitulum Zagrabiense, litteris Nicolai comitis de Zrynyo bani Zagrabiae 20. III. 1549. datis, iussum Petrum Keglwych de Bwsyn equi unius Turcici, quem prope oppidum ac castrum Zyzyk interceptum Mathias Zaberminus, archidiaconus de Bexin, ab Emerico, archidiacono de Waska, certa pecunia emit, per dolum arrepti accusatum 22. III. 1549. admonuit, ut coram bano termino certo compareret rationem facinoris redditurus. Orig. [Šavor]

661. In Gratz, 26. III. 1549. (D – XXXI – 36)

Ioannes Ungnad, baro in Sonek, generalis Stiriae capitaneus, hac epistula lacera a capitulo Zagrabiensi quasdam litteras Nicolai a ..., generalis militiae capitanei, de testimoniis et contractu quondam repetit. Orig. [Mayer]

662. Zagrabiae, 28. III. 1549. (D – XXXI – 37)

Capitulum Zagrabiense, litteris Nicolai comitis de Zrynio bani in Rokonok 16. III. 1549. datis, in causa Mathiae Sampuch de Felse Thoplycza, qui Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filios Georgium, Gasparem et Franciscum ac servitores eorum tam de carceratione sui et sororis suae Dorotheae, viduae Georgii Tomasychewych, quam de violenta nece istius Dorotheae, in catenis ad 2 annos detentae, ac bonorum suorum direptione accusavit, iussum testatur se reos scilicet Petrum et Georgium Keglewych eorumque servitores 23. III. 1549. ammonuisse et in ius banale ad 6. IV. 1549. evocasse.

Ex nota a tergo apposita apparet reos se excusasse, quod res ablatae non mortuae fuissent, eam ipsam etiam non uxorem mortui sed ab eo repudiatam esse. Orig. [Jurčan]

663. Zagrabiae, 29. III. 1549. (D – XXXI – 38)

Capitulum ecclesiae Zagrabiensis bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat ammonitionem sibi litteris bani in Rawen 14. III. 1549. (cf. nr. 649) et hic transsumptis praeceptam 21. III., 23. III. et 24. III. e.a. se executum esse. Orig. [Mayer]

664. Zagrabiae, 29. III. 1549. (D – XXXI – 39)

Stephanus et Nicolaus, filii quondam Emerici Bradach de Ladomercz, a Petro Keglewych frameam argento desuper tectam et ornatam, ei 160 florenis pignori datam, postquam eam pecuniam reddiderunt, coram capitulo Zagrabiensi recipiunt. Orig. [Mayer]

665. Zagrabiae, 3. IV. 1549. (D – XXXI – 40)

Elena, uxor Pauli Glawach de Rathkowcz, Elisabeth, uxor Andreae Fólnogych de Lepawcz, Catharina, uxor Ioannis de Gorycza, Sophia, uxor Stephani litterati de Feyerkew ac Stephanus, nepos Cristinae, filiae olim Leonardi de Gregorowcz, Ioannem et Franciscum de Gregorowcz 60 florenis de iure quartalatio ex possessionibus Gregorowcz, Krysandol, Ialsowcz, Erpynya, Mathwarowcz et Belezy persolutis coram capitulo Zagrabiensi expeditos reddunt. Orig. [Jurčan]

666. Zagrabiae, 4. IV. 1549. (D – XXXI – 41)

Capitulum Zagrabiense mandatum Nicolai comitis de Zrynio, bani ad rogatum Catharinae, Francisci Pewkry viduae ac Ioannis Zempchey filiae, Crisii 13. III. 1549. datum, quo omnibus comitatus Zagrabiensis hominibus sub comminatione damni

16 marcarum praecipitur, ut coram capitulo de rebus, quae castrum Ostrozyn attinent, inquisiti meram veritatem dicunt, capitulo autem, ut omnes fassiones et attestationes in litteris suis collectas petitori tradat, 16 testibus inquisitis exequitur. Orig. [Šavor]

667. Zagrabiae, 7. IV. 1549. (D – XXXI – 42)

Banus Nicolaus comes de Zrinio Ursulae viduae Petri litterati de Hozzwhegh eiusque filiis edit par litterarum capituli Zagrabiensis 10. V. 1547. datarum, quobus eidem bano nuntiatur reambulationem possessionis Kordosowcz et eius statutionem pro pignore filiabus quondam Gregorii, Eliae et Petri Arras de Pethrwssewoz a Nicolao filio Petri Hozzwhegh 4. V. 1547. vi impeditam esse. Orig. [Mayer]

668. Zagrabiae, 8. IV. 1549. (D – XXXI – 43)

Nicolaus comes de Zrynyo banus ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd, in causa inter ipsum, ut reum, ac Thomam Zalay de Zelews, ut actorem, de bonis Bernardi Wyruch in Zadrowcz (comitatus Warasdiniensis) mota edit par litterarum capituli Chasmensi de 19. VIII. 1484., quibus idem capitulum a Michaele Orzagh de Ghwth, palatino, litteris Korothnae 16. IX. 1484. datis iussum Georgium Horwath de Prechna ac Stephanum, fratrem eius, in dominium possessionum Stephani de Greben eiusque viduae ac filiorum Hoom, Kurenowcz, Lonya etc., nemine contradicente, 4. V. 1484. introduxit. Orig. [Šavor]

669. Zagrabiae, 11. IV. 1549. (D – XXXI – 44)

Capitulum Zagrabiese, litteris Nicolai comitis de Zrynio bani Posonii 20. II. 1549. datis, iussum testatur se Iohannem de Bauzprok (Baizprkher), comitem comitatus Soproniensis in dominium castri Kozthel (comitatus Warasdiniensis) titulo pignoris 5. IV. 1549. introducere voluisse, sed Petrum Keglwych de Bwsyn et Catharinam, uxorem Lucae Zekel de Kewend huic introductioni contradixisse, quare in ius banale ad 19. IV. 1549. evocatos esse. Orig. [Juričan]

670. Zagrabiae, 11. IV. 1549. (D – XXXI – 45)

Banus Nicolaus comes de Zrinio Ioanni Gezthy edit par litterarum capituli Zagrabiensis 2. V. 1543. datarum, quibus banus nuntiatur Stephanum Praszoczy crediti non persoluti accusatum, Ioannem Gezthy ut successorem Wolfgangi Zempchey boum interceptionis eorumque domini captionis accusati, Christophorum de Praszowcz, qui obligationibus 20. II. et 29. III. 1538. datis neglectis debita non solvit, etiam Ambrosium litteratum de Gregoryancz et Georgium Dwbyczak ut sussesores Nicolai Pwyczycz de Rokonok, qui debitum 6. X. 1530. fassus non solvit, 27. et 28. IV. 1543. in ius vocatos esse. Quod idem banus ad querelam Gasparis Sowan Pastoris civis Montis Grecensis litteris Zagrabiae 15. IV. 1543. eidem capitulo mandaverat. Orig. [Mayer]

671. Zagrabiae 12. IV. 1549. vide Zagrabiae, 14. IV. 1549. (D – XXXI – 46)

672. Zagrabiae 12. IV. 1549. vide Zagrabiae, 30. VI. 1549. (D – XXXI – 57)

673. Zagrabiae, 12. IV. 1549. (D – XXXI – 47)

Nicolaus comes de Zrinio banus contra Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filium Georgium, qui Mathiam Sampwh, qui sororem deprecaturus ad eos se contulit, 13 menses in vinculis detinuerunt, sententiam capitalem fert, qua rei – qui litteris bani in Rokonok 16. III. 1549. in ius vocati, non venerunt, ut ex relatione capituli Zagrabiensis datis 1549., 23. III. colligitur – amissione cunctorum bonorum et solutione 50 marcarum 200 florenos auri facientium condemnantur, quam sententiam ut exequatur, capitulo Zagrabiasi praecipit. Orig. [Mayer]

674. Zagrabiae 12. IV. 1549. vide Zagrabiae, 17. IV. 1549. (D – XXXI – 48)

675. Zagrabiae 12. IV. 1549. vide Zagrabiae, 30. IV. 1549. (D – XXXI – 52)

676. Zagrabiae 12. IV. 1549. vide Zagrabiae, 30. VI. 1549. (D – XXXI – 57)

677. Zagrabiae, 14. IV. 1549. (D – XXXI – 46)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, litteris ad protestationem Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filii Georgii, qui in lite de quodam equo Turcico a Mathia Zaberdino, archidiacono de Bexyn ac canonico Zagrabiasi iis intenta et coram eodem bano acta condemnati sunt, Zagrabiae 12. IV. 1549. datis, capitulo Zagrabiasi praecipit, ut praefatum archidiaconum admoneat, ut coram bano compareat omnesque litteras adiudicatorias vel testimoniales vel executionales producat novum iudicium recepturus, de qua admonitione 14. IV. 1549. facta idem capitulum banum certiore facit. Orig. [Šavor]

678. Zagrabiae, 17. IV. 1549. (D – XXXI – 48)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, litteris ad protestationem Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filii Georgii, Zagrabiae 12. IV. 1549. datis, capitulo Zagrabiasi praecipit, ne Mathiae Zaberdino, archidiacono de Bexyn ac canonico, qui praefatum Petrum unius equi Turcici per dolum arrepti accusavit, litteras executionales emittat, quin potius ut eum admoneat, ut litteris bani adiudicatoriis simulcum omnibus eorundem processibus exhibitis coram bano certo die compareat iudicium recepturus. Orig. [Šavor]

679. Zagrabiae, 23. IV. 1549. (D – XXXI – 49)

Gaspar Gwzych de Thwran, vicebanus et comes ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur Andream fabrum, colonum Lucae Zekel, qui colonus a Nicolao

Berowycz ac Michaele et Christophoro Sthobyczay in Also Szthobyczam indebite traductus est, cum consueto byrsagio 25 florenorum iterum domino suo 16. IV. 1549. restitutum esse. Orig. [Juričan]

680. Zagrabiae, 29. IV. 1549. (D – XXXI – 50)

Capitulum Zagradiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat Mathiam Sampwch denuo in ius vocatum esse; quod enim banus litteris Zagrabiae ultimo die termini iudiciorum dominicae Oculi (24. III.) datis praeceperat, sententia revocata, qua Petrus Keglewych de Bwsyn eiusque filius Georgius de vi Mathiae Sampwch illata convicti sunt, contra quam sententiam rei protestati sunt, quod negotiis impediti die dicta venire non potuissent. Orig. [Mayer]

681. Zagrabiae, 29. IV. 1549. (D – XXXI – 51)

Nicolau comes de Zrynio, banus, litteris ad protestationem Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filii Georgii, Zagrabiae circa 24. III. 1549. datis, capitulo Zagradiensi praecipit, ne Mathiae Sampwch, qui praefatos protestantes violentae in carcere detentionis sororis suae accusavit causamque obitnuit, litteras adiudicatorias vel executionales emittat, quin etiam eum admoneat, ut termino certo coram bano compareat omnesque litteras producat, de qua admonitione 25. IV. 1549. facta, capitulum banum certiozem facit. Orig. [Šavor]

682. Zagrabiae, 30. IV. 1549. (D – XXXI – 52)

Capitulum Zagradiense testatur, litteris Nicolai comitis de Zrynio bani Zagrabiae 12. IV. 1549. datis, iussum Matheum Zermegh de Bonthosowcz in dominium sessionis iobagonalis Chayekowo Zelo in pertinentiis castris Zelyna, quae prius familiae Kerecheny fuerat, 15. IV. 1549., nemine contradicente, introductum esse. Orig. [Juričan]

683. Zagrabiae, 3. V. 1549. (D – XXXI – 53)

Paulus de Rathka, vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiniensis testantur ex inquisitione ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd, et Catherinae Imrehffy de Zerdahel, uxoris eius, qui Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filium Georgium de vi et "atrocissimis verberum plagis" ab iobagione eorum Martino Pezdys Ursulae, filiae Valentini Kuntych, iobagionis exponentium in possessione Dryechwsche illatis accusaverunt, 28. IV. 1549. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

684. Iadrae, 10. V. 1549. (DV – II – 96)

Coram Zoylo de Ferra, consiliario comitis, Vitus de Antona quondam Simonis stipendiatus custodiae, presbytero Andreae Couacich parochiano villae vocatae Stomorino Sello, unam domum super terreno monasterii sancti Dominici fratrum praedicatorum, pro qua de annuo livello monasterio librae 4 parvorum solvuntur, sitam

in confinio sancte Marie monialium, pretio librum 130 parvorum vendit, obligans se differentiam cum Georgio macellatore de muro domibus utriusque interposite propriis sumptibus ad finem deducere. Latine c. Cop. pap. [Marušić]

685. Warasdini, 5. VI. 1549. (D – XXXI – 54)

Paulus de Rathka, vicecomes et iudices nobilium comitatus Warasdiniensis testantur ex inquisitione ad rogatum Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd uxorisque eius Catharinae Imrehffy de Zerdahel, qui Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filium Georgium, quod Michael Kaplan de Prigorye sive Goryan, eorundem colonus Georgio Tretinyak de Woynych vestes quasdam furatus est, accusaverunt, 31. V. 1549. facta, apparere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

686. Pragae, circa 22. VI. 1549. (D – XXXI – 55)

Ferdinandus rex, ad supplicationem Gasparis de Pernye litteras capituli Zagrabiensis de 14. I. 1549., quibus castrum Hrezno (comitatus Zagrabiensis) olim a Petro Beryzlo, episcopo ac bano necnon prioratus Auranae gubernatore, Ioanni Krysanycz, capitaneo Clissiensi eiusque heredibus, 1000 florenis impignorum nunc a Nicolo comite de Zrynyo, bano ac prioratus Auranae gubernatore, praefato Gaspari, genero dicti capitanei pro dicta pecunia debita nondum expensa coram capitulo pignori datum et inscriptum esse confirmatur, litteris suis privilegialibus insertas et inscriptas edit. Orig. [Šavor]

687. Zagrabiae, 25. VI. 1549. (D – XXXI – 56)

Lucas Horwatyh de Marocha, Georgii Horwath filius ac Dorotheae Blasii Lowrekoych de Glawnycza viduae maritus, portionem suam iobagionalem Kremenno in possessione Adamowcz in districtu Marocha sitam Simoni, dictae viduae filio adoptivo, 13 florenis vendit. Orig. [Šavor]

688. Zagrabiae, 30. VI. 1549. (D – XXXI – 57)

Capitulum Zagrabiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat iudicem iuratosque civitatis regiae Kapronczensis denuo in ius vocatos esse; quod enim banus, litteris Zagrabiae 12. IV. 1549. datis, praeceperat, sententia revocata, qua Petrus Keglewych de Bwsyn eiusque filius Georgius de vi ei civitati illata convicti sunt, contra quam sententiam rei protestati sunt, quod negotiis impediti die dicta venire non potuissent. Orig. [Mayer]

689. Zagrabiae, 2. VII. 1549. vide Zagrabiae, 6. VII. 1549. (D – XXXI – 58)

690. Zagrabiae, 6. VII. 1549. (D – XXXI – 58)

Capitulum Chasmense litteris comitis Thomae de Nadasd iudicis curiae regiae, Zagrabiae 2. VII. 1549. datis, iussum in causa Mathiae Zaberдини, canonici Zagrabiensis,

a quo 1 equum Turcalem Petrus Keglewych de Busyn praetendit, ex inquisitione 3. VII. 1549. facta, ex fassionibus 4 testium apparere testatur Michaellem Berlekowych et socios equum "a Turcis lucratum" prius Emerico archidiacono de Waska vendidisse, quem equum postea ad manus Mathiae Zaberдини, archidiaconi de Bexyn devenisse. Orig. [Juričan]

691. Zagrabiae, 10. VII. 1549. (D – XXXI – 59)

Banus Nicolaus comes de Zrynio capitulo Zagrabiansi mandat, ut Mathiam Zremecz, Stephanum Segowych et Helenam viduam Petri Harmyczar pro eo in ius vocet, quod bona Barabarae Ewssy, viduae Iohannis Kastellanffy de Zenthlelek, eiusque filii Petri per multos annos depraedati sunt. Orig. [Mayer]

692. Zagrabiae, 14. VII. 1549. (D – XXXI – 60)

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa inter Mathiam Sempuh de Felsewthoplycza, ut actorem, ac Petrum Keglewych de Bwssyn eiusque filios, ut reos, qui ab actore violentae necis Dorotheae, Georgii Thomassythywyth de Gorycza, provisoris reorum, qui a Turcis interfectus est, uxori, sorori vero suae, illatae direptionisque 300 florenorum ac rerum mobilium ad valorem 2000 florenorum in domo dicti provisoris repertarum accusati sunt, capitulo Zagrabiansi praecipit, ut actoris consilio communem inquisitionem de praemissis faciat, utrum praefata Dorothea violentam an a marito suo repudiata naturalem mortem obiisset. Orig. [Šavor]

693. Zagrabiae, 14. VII. 1549. (D – XXXI – 61)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, litteris ad petitionem Michaelis Padozlaw de Mylethyncz, qui Petrum Keglewych de Bwsyn maleficii sibi in possessione sua Zobothycza (comitatus Zaladiensis) illati et violentae sui in castro Chakthornya capitivitatis, qua 100 florenis per vim extortis liberatus est, accusavit, quae omnia idem reus tamquam falsa et ficta reiecit, Zagrabiae 14. VII. 1549. datis, capitulo Zagrabiansi praecipit, ut inquisitis prius ipsius actoris vicinis commetaneisque, deinde nobilibus ac ignobilibus comitatuum Zaladiensis ac Warasdiniensis constituat, utrum accusatio vera sit an non. Orig. [Šavor]

694. Zagrabiae, 14. VII. 1549. (D – XXXI – 62)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, ad protestationem Petri Keglewych de Bwsyn, quem Mathias Sampuch de Felsew Thoplycza violentae sui ac iniustae 13 integros menses in carcere detentionis accusavit, de qua re in causa coram bano mota idem Petrus tamquam reus condemnatus est, capitulo Zagrabiansi praecipit, ut nova inquisitione facta constituat, utrum actor a praefato reo per vim in catenas coniectus sit atque res sororis suae, quondam Georgii Thomasithyeych viduae coactus reo deposuerit ac non. Orig. [Šavor]

695. Bichichii, 22. VII. 1549. (D – XXXI – 63)

Servitores et clientes regii oppidi Bichichii Iohanem Lenkowych, Uskokorum capitaneum, rogant, ut sibi stipendia persolvat, cum aere alieno praemantur et tantum tempore messis necessaria emere possint. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 302, str. 348-349.

696. Pragae 26. VII. 1549. vide Zagrabiae, 13. III. 1550. (D – XXXI – 80)

697. Posonii 4. VIII. 1549. vide Zagrabiae, 17. IX. 1549. (D – XXXI – 66)

698. Posonii 4. VIII. 1549. vide Zagrabiae, 18. IX. 1549. (D – XXXI – 67)

699. Posonii 4. VIII. 1549. vide Zagrabiae, 19. IX. 1549. (D – XXXI – 68)

700. Zagrabiae, 6. VIII. 1549. (D – XXXI – 64)

Capitulum Zagradiense ad rogatum Laurentii Woglowecky de Woglowcz litteras ab Vithkone de Gerlchowcz, castellano de Bella, Stephano, officiali et civibus de Iwancz – Bellae, 13. VII. 1438. datas, quibus quoddam desertum praedium Vgłowecz Stephano de Therstenyket Barnabae de Progowcz ac Benedicto, Valentino et Petro de Therstenyket donatum est, confirmat. Orig. [Juričan]

701. Zagrabiae, 6. VIII. 1549. (D – XXX – 135)

Capitulum Zagradiense litteras a Mathkone de Tallowcz bano et gubernatore prioratus Auranae, in Iwancz 30. X. 1440. datas, quibus iobagionibus sui Barnabae, Petro et Stephano et aliis hominibus in Nova Woglowecz in pertinentiis castri Bela comorare volentibus quaedam privilegia confert, ad rogatum Laurentii Woglowecky confirmat. Orig. [Juričan]

702. Warasdini, 9. IX. 1549. (D – XXXI – 65)

Ionannes et Franciscus de Gregwrowcz coram Paulo de Rathka, vicecomite comitatus Warasdiensis, concordiam faciunt, ut omnes discordias coram 5 electis arbitris componant, quorum arbitrium quae pars non pareat, in 200 florenis contra vicecomitem et alteram partem vincatur. Orig. [Juričan]

703. Zagrabiae, 17. IX. 1549. (D – XXXI – 66)

Ferdinandus rex, litteris ad supplicationem Petri Kelgewych de Bwsyn eiusque filii Georgii, qui a Mathhia Sampwh de Felsewthoplycza violentae in carcere detentionis sororis accusati sunt, quae causa coram Nicolao comite de Zrynio bano acta est, Posonii 4. VIII. 1549. datis, capitulo Zagrabienis praecipit, ne memorato actori litteras de inquisitione in re Paulo supra memorata a capitulo habita confectas emittat, quin potius ut eum admoneat, ut certo termini coram bano compareat litterasque adiu-

dicatorias attestatoriasque producat, de qua admonitione in Jazenowcz 12. IX. 1549. facta, capitulum banum certiozem facit. Orig. [Šavor]

704. Zagrabiae, 18. IX. 1549. (D – XXXI – 67)

Cum Ferdinandus rex, litteris Posonii 4. VIII. 1549. datis, in causa Petri Keglewych de Bwsyn, a Mathia Sampwh de Felsew-Thoplycza de vi accusati et convicti, novum iudicium fieri iusserit, capitulum Zagradiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat, Mathiam iterum in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

705. Zagrabiae, 19. IX. 1549. (D – XXXI – 68)

Capitulum Zagradiense litteris Ferdinandi regio ad supplicationem Petri Keglewych de Bwsyn, qui a Michaele Radozlaw de Mylethyncz invasiones in curiam eius in possessione Zobothycza (comitatus Zaladiensis) sitam factae necnon ipsius capti et in captivitate per vim detenti accusatus, in causa coram Nicolao comite de Zrynyo bano mota, condemnatus est, quae autem condemnatio a rege abiecta est, Posonii 4. VIII. 1549. datis, iussum actorem 14. IX. 1549. admonuit, ut in praemissa causa coram bano compareret litterasque adiudicatorias vel testimoniales produceret novum iudicium recepturum. Orig. [Šavor]

706. Jaztrebarzkae (Jaska), 20. IX. 1549. (D – XXXI – 69)

Petrus Erdeödy de Monyorokerek comes Montis Claudii, iobagionibus in iudicatu et villa Deszinecz permittit, ut liberi ab arandis et seminandis terris eiusdem comitis circa castrum Jaztrebarzka (Jazka) sint et ut secundum eorum iura maneant. Cop. [Juričan]

707. Woglowcz, 26. IX. 1549. (D – XXXI – 70)

Attestatio plus quam 30 nobilium commetaneorum possessionis Woglowcz in comitatu Warasdiniensi incolas huius semper nobiles unius sessionis habitos esse. Contra eam attestationem fratres heremitae de Lepoglawa, qui cum Benedicito Pethew causam de metis habuerunt, exceptionem fecerunt, ut ex additamento pg. 3^a Melchioris litterati, notarii sedis Warasdiniensis, colligitur. Orig. [Mayer]

708. Petowii, 17. X. 1549. (D – XXXI – 71)

Ioannes Vngnad, barro in Sonneck, capitaneus Styriae, Petrum Kheglowitsch de Bussin rogat, ut aliquas pecunias Appolini Moscon, civi Petoviensi, quod iis indiget, sine dilatione exolvat. Orig. [Juričan]
Izdanje: MH, dok. 305, str. 351.

709. Zagrabiae, 27. X. 1549. (DXXIX – 161)

Capitulum Zagradiense litteras glagolice et Croatice 26. VI. 1535. conscriptas, quibus Paulus Ladetych in Ottok, suas terras nobilitares plebano Georgio Mykanych 100 florenis coram testibus vendit, in Latinum vertit. Orig. [Juričan]

710. Zagrabiae, 31. X. 1549. (D – XXXI – 72)

Gaspar Gwzych de Thwran, vicebanus et comes ac iudices nobilium comitatus Zagrabienensis testantur ex inquisitione ad rogatum Michaelis et Christophori Zthobyczay de Felsew Zthobyczza, qui Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum de Ormosd de violentia a colono eius Fabiano Mwzakowych ex Sospothok, pertinentiis castri Also Zthobyczza Stephano Cherenecz montanistae exponentium in promonthorio in Felsew Szthobyczza illata accusaverunt, 27. X. 1549. facta, appaerere querelam veram esse. Orig. [Juričan]

711. In arce Ozal, 4. XI. 1549. (D – CXCVII – 178)

Nicolaus de Zrynio banus omnibus in regno, quibus constat, mandat, ut Margaretae de Bystriczey fidem faciant et attestentur, eandem filiam esse quondam Stephani, filii Ladislai, filii alterius Stephani Bystriczay de Hoesfalwa ac litteras de veritate comperta a capitulo Zagrabienensi emanari praecipit. Orig. [Moscatello]

712. Veglae, 13. XI. 1549. (DV – II – 97)

Fratres monasterii sancti Francisci minorum Veglae coram patre fratre Francisco Garzoneo ordinis minorum sancti Francisci, ministri provincialis Epiri, Dalmatiae et Istriae, Ioanni Mazzano filio quondam Rogoniae, nautae Vegliensi, unam domum monasterii cum eius canipa sitam Veglae in contrata sanctae Annae sub condicione solvendi annualis livelli (librarum 11 parvorum) et cum obligatione canipae cum macina (lapide molari) ad usum monasterii permittendae, locat. Latine c. Orig. perg. [Marušić]

713. Pragae, 16. XI. 1549. (D – XXXI – 73)

Ferdinandus rex ad rogatum Petri Keglewych de Busyn eiusque filii Georgii Nicolao comiti Zriniensi, bano, mandat, ut servitorem exponentium Blasium Kerpich, apud se in vinculis detentum omnimode a captivitate sub fideiussione dimittat. Orig. [Juričan]

Izdanje: MH, dok. 309, str. 360.

714. Warasdini, 21. XII. 1549. (D – XXXI – 74)

Stephanus litteratus de Feyerkeu ac Nicolaus Marigolth de Marigolthowcz, iudices ac alii quidam comitatus Warasdiniensis nobiles a Paulo de Rathka, comitatus Waradiniensis iudice ad petitionem Petri Keglewych de Bwsyn, qui Nicolaum comitem de Zrinio, banum, ad captivationem cuiusdam Blasii Kerpycz, servitoris sui, in catenas coniecti accusavit, destinati, qui banum admonerent, ut captivum vinculis liberaret, re infecta domum redierunt. Orig. [Šavor]

715. In Zthrylche, 1549. (D – XXXI – 75)

Georgius Chachych de Rechycha particulam terrae arabilis in vico Wlyche Andreae

Domyanych de Zmerchkowych florenis 2 coram Qurinio Lassych, iudice ac tota generatione Zthrylche vendit. Orig. [Juričan]

716. sine loco, post 1549. (Frg 13 – / CIIL)

Nicolaus comes de Zrinyo banus litteras suas capitulo Zagrabiensi directas de inquisitione in causa Marthae, viduae Mathiae Sampuch, contra Petrum Keglewych de violentiis et ablatione rerum mobilium mota transumit. [nepotpisan]

717. In Walledolid, 9. I. 1550. (D – XXXI – 76)

Gaspar Keglewych de Bwsyn Georgio fratri litteras regis Hispanorum et reginae ad Ferdinandum regem pro liberatione eorum patris Petri Keglewych datas esse nuntiat. Orig. [Mayer]

Izadnje: MH, dok. 310, str. 360-361.

718. Zagrabiae, 20. I. 1550. (D - CXC VII – 179)

Causa Barbarae, uxoris Mathiae Zalothnoky, filiae Iohannis Pastor apud iudicem civitatis Montis Grecensis agitata, qua avunculum suum Gasparem Pastor accusat, quod bona avi sui Iohannis Sawany, alias Pastor dicti absque iure detineat. Accusatus respondet actricem auri et argenti pondus matri datum detinere ac nisi sibi aurum reddatur, bona non remissura. Iudex bona et aurum inter partes aequaliter diuidi decernit, sed actrix contra sententiam appellat et ad causam denuo dicendam in ius vocatur. Cop. [Moscatello]

719. In Kapornak, 2. II. 1550. (D – XXX – 136)

Conventus ecclesiae Sancti Salvatoris de Kapornak Ferdinandi regis mandatu Ioanni litterato Symwnych de Mahykwocz eiusque filiis litteras de introductione in dominium curiae sessionisque Zthrelschyna in possessione Lapsyna (comitatus Zaladiensis), quam iis Gaspar Ernusth de Chakthornya dono dedit, a conventu 24. XI. 1547. legitime facta emittit. Orig. [Šavor]

720. In Thopozk, 3. II. 1550. (D – XXXI – 77)

Stephanus Kwlyanych de Bwsan pro Petro Keglewych coram Thoma Crayachych de Seryawynch et Iohanne Herendych, iudicibus nobilium comitatus Zagrabiensis, regis litteras praesentat, quibus Stephanus Ztryzoy ante regem comparere iubetur. Orig. [Mayer]

Izadnje: MH, dok. 312, str. 362-363.

721. Venetiis, 9. II. 1550. (DV – II – 98)

Franciscus Donato, dux Venetiarum, Valerio de Musto, rectori et provisorio Cathari mandat, ut sibi de quadam vinea et domo a quondam Petrusa relicta quondam Martini Smercouich pauperibus Christi relictis ac decreto episcopi Catharensis Catheri-

nae relictæ quondam Mathei Domicouich et aliis quibusdam dominis ad fruendum assignatis, argumenta a procuratoribus universitatis et dictis personis beneficiatis ad rem iuste deliberandam necessariam mittat. Italice consc. Orig. perg. [Marušić]

722. Posonii, 14. II. 1550. (D – XXXI – 78)

Nicolaus de Stresemlye Petri Keglewytth eiusque filiorum nomine apud capitulum Posoniense intercessionem facit contra Lucam Zekel, liberum dominum in Ormosd, ne occupet aut detineat castrum Kozthel ac mediam partem castri Krapyna, contra regem, ne eadem castra conferat, contra quaelibet loca credibilia, ne superinde litteras emittant. Orig. [Šavor]

723. Posonii, 22. II. 1550. (D – XXXI – 79)

Ferdinandus rex, litteris 22. II. 1550. datis, mercatores hominesque forenses certiores facit, ut ad nundinas liberas ac fora ebdomadalia a rege ad supplicationem Michaelis, Ladislai, Andree, Iohannis ac Mathiae Kerecheny de Kannyaffewlde in possessione Barlahida (comitatus Zaladiensis) concessa cum omnibus rebus ac bonis mercatoriis libere et secure accedant. Orig. [Šavor]

724. Zagrabiae, 13. III. 1550. (D – XXXI – 80)

Capitulum Zagrabiense, a Ferdinando rege, litteris Pragae 26. VII. 1549. datis, iussum, Iacobum Zekel de Kewend in dominium castrorum et possessionum Kozthel et Krapyna 9. III. 1550. introducere voluit, sed huic introductioni Petrus Keglewych de Bwsyn et Cattarina Imreffy de Zerdahel, uxor Lucae Zekel, contradixerunt; quod capitulum bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat. Orig. [Mayer]

725. Patavii, 16. III. 1550. (D – XXXI – 81)

Georgius Drascovicus, archidiaconus et canonicus Varadinensis, epistula ad Petrum Keglewych de Busyn data, hunc laudat, quod non solum corpora filiorum suorum genuerit, sed etiam, ut Philippus, Alexandri Magni pater fecit, eorum animos excolendos curat; dolet, quod praeceptorem eis dignum invenire non potest, et commendat, ut aliquem Vienna Patavium mittat; orat, ut frater suus a Petro ad se mittatur, quo facilius linguam Italicam descere possit; postremo materteram suam Helenam, viduam Leonardi Krpachych, sub Bowych morantem commendat. Orig. [Mayer]
Izdanje: MH, dok. 315, str. 366-367.

726. Thoplycza, 24. III. 1550. (D – XXXI – 82)

Melchior litteratus de Dyakowcz ac Stephanus litteratus de Feyerkeu, comitatus Warasdiniensis iudices, necnon Gaspar Farroczy de Borkowcz ac Gaspar de Oskowcz arbitri in causa inter Ladislaum Kerchen, castellanum castri Krapina, procuratorem Gregorii Barych sutoris, atque Franciscum Gregwroczy de quedam terra arabili et fenili in pertinentiis possessionis Thoplycza sitis acta, perceptis rationibus et docu-

mentis partium sententiam ferunt, qua idem Franciscum praemissam teram ac fenile Gregorio sutori restituere debeat. Orig. [Šavor]

727. Warasdini, 5. IV. 1550. (D – XXXI – 83)

Ex inquisitione, quam Nicolaus Marigolth, iudex, a Paulo de Rathka, comitatus Warasdiniensis iudice, ad petitionem Barnabae Wogloczy ac Martini et Lucae Ilwz necnon Martini et Valentini Kudenyh ac Francisci Frysczych destinatus 31. III. 1550. fecit a Gaspare Lanczych, Benedicti Pethew de Gerse ryhthardo domus petitorum in possessione Woglowcz spoliatas ac pecora rapta esse constat. Orig. [Šavor]

728. Warasdini, 18. IV. 1550. (D – XXXI – 84)

Ex inquisitione, quam Nicolaus Marigolth, a Paulo de Rathka, comitatus Warasdiniensis iudice, ad petitionem Barnabae Wogloczy de Woglowcz (comitatus Warasdiniensis) 13. IV. 1550. fecit, constat a Benedicto Pethew de Gersse in possessione petitoris Woglowcz rapinam pecorum et porcorum valore 95 florenis patratam esse. Orig. [Šavor]

729. Posonii, 21. IV. 1550. (D – XXXI – 85)

Praefectus et consilarii camerae regiae Michaelem de Rawen, protonotarium et dicatorem regni Sclavoniae rogant, ut dominis commissariis ad Zamabor ad 1. V. convocatis viaticum destinet, et quidem Francisco Battiany tres, episcopo Quinqueecclesiensi et Tininiensi et ei ipsi duos, Lucae archidiacono Chazmensi unum florenum in dies singulos, dum occupati sint; praeterea ut purgatum regestum dicationis mittat, ut sciant, quid ex tota contributione illa collectum sit. Orig. [Mayer]

730. Zagrabiae, 8. V. 1550. (D – XXXI – 86)

Anna, quondam Ladislai Homzky filia, Ladislai Fodrowczy uxor, coram Nicolao Marygolth, comitatus Warasdiniensis iudice a Nicolao comite de Zrynio bano, ad id destinato, Stephanum Praschowczy, Ambrosium litteratum de Gregoryancz, Laurentium litteratum Palffy de Kapolna, Michaelem et Nicolaum Mylethynczy aliosque quosdam in omnibus suis causis veros suos ac legitimos procuratores declarat. Orig. [Šavor]

731. In Wokoyna, 9. V. 1550. (D – XXXI – 87)

Ioannes Alapy de Nagh-Kemlek Petrum Castelanffy de Zenthlelek eiusque uxorem ad suas nuptias cum Elizabeth, filia quondam Wolfgangi de Frangepanibus 8. VI. celebrandas invitat. Orig. [Mayer]

Izdanje: MH, dok. 320, str. 371-372.

732. Zagrabiae 14. V. 1550. vide Zagrabiae, 27. V. 1550. (D – XXXI – 94)

733. Zagrabiae, 16. V. 1550. (D – XXXI – 88)

Petrus Castellanffy de Zenthlelek coram Nicolao comite de Zrynio, bano, Stephanum Prashowcz, Ambrosium litteratum de Gregoryancz, Thomam litteratum de Mykolycz, Nicolaum et Michaellem Mylethyncz et quosdam alios suos veros et legitimos procuratores in omnibus suis causis iam per ipsum contra alios quam contra ipsum actis declarat. Orig. [Šavor]

734. Warasdini, 18. V. 1550. (D – XXXI – 89)

Mathias Belec, Christophorus Zlepy ac Gregorius Steganych eorumque uxores Ursula ac Margareta quandam domum ac terras arabiles in platea Czyargawcz Martino Choph coram Simone Zezssy ac communitate civium comunitatus Warasdinien-sis certa pecunia vendunt. Orig. [Šavor]

735. Zagrabiae 20. V. 1550. vide Zagrabiae, 27. V. 1550. (D – XXXI – 92)

736. Zagrabiae, 22. V. 1550. (D – XXXI – 90)

Capitulum Zagradiense a bano Nicolao comite de Zrynio, litteris Zagrabiae 20. V. 1550. datis, iussum, Stephano filio quondam Balthasaris de Zabok edit par suarum litterarum 21. V. 1506. datarum, quibus Colomanus avus Balthasaris, tres sessiones in Gwrewecz Margarethae viduae Leonardi de Gregwryewcz, tum uxori Stephani Skercha, decem florenis auri pignori dedit. Orig. [Mayer]

737. Zagrabiae, 22. V. 1550. (D – XXXI – 91)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, ad petitionem Barbarae Essy, quondam Petri Castellanffy de Zenthlelek viduae, quae Ladislaum Kerecheny de Kanyafelde illegitime cuiusdam iobagonis abductionis e possessione Wyhel in possessionem Chetertekhel accusavit, comitibus ac iudicibus comitatus Zagradiensis praecipit, ut praefatum iobagonem cum rebus ac familia eius restituant. Orig. [Šavor]

738. Zagrabiae 23. V. 1550. vide Zagrabiae, 21. VIII. 1550. (D – XXXI – 109)

739. Zagrabiae, 27. V. 1550. (D – XXXI – 92)

Nicolaus comes de Zrynio banus, litteris Zagrabiae 20. V. 1550. datis, capitulo Zagradiensi praecipit, ut Georgium Keglwyck de Bwsyn, gubernatorem abbatae de Thopwzka atque Nicolaum Kerlewachky, castellanum castri Thopowzka, qui a Gaspare de Pernya 8 boum in possessione eius Pernya interemptorum accusati sunt, admoneat, ut termino certo coram bano compareant rationem facinoris commissi reddituri. Orig. [Šavor]

740. Ormosd, 27. V. 1550. (D – XXXI – 93)

Catherina Botka, vidua Michaelis Imreffy de Zerdahel, nunc vero vidua Wolfgangi

de Frangepan, filiam suam Catherinam Imreffy, uxorem Lucae Zekel de Kewend, omnium suorum bonorum et castrorum scilicet Krapyna et Kozthel in Warasdiniensi ac Patha et Samodar in Simigiensi comitatu coram comite Thoma de Nadasd, iudice curiae regiae, heredem dicit. Orig. [Juričan]

741. Zagrabiae, 27. V. 1550. (D – XXXI – 94)

Capitulum Zagrabiae litteris Nicolai comitis de Zrynyo, bani, Zagrabiae 14. V. 1550. datis iussum in causa Gasparis de Pernye qui Petrum Keglewych de Bwsyn ut gubernatorem abbatiae Thopozka accusavit, quod tam bona exponentis Chermnycza, Zwethychyicza werh et Perny quam iobagiones illic totaliter depraedatus est, reum 22. V. 1550. ammonuit et in ius banale ad 5. VI. 1550. evocavit. Orig. [Juričan]

742. Zagrabiae 29. V. 1550. vide Zagrabiae, 21. VIII. 1550. (D – XXXI – 109)

743. Zagrabiensis 29. V. 1550. vide Zagrabiae, 26. VIII. 1550. (D – XXXI – 110)

744. Zagrabiae, 1. VI. 1550. (D – XXXI – 95)

Nicolaus comes de Zrynyo, banus, in causa Stephani de Hom, qui Petrum Kastellanffy de Zenthlelek uxoremque eius Annam accusavit, quod homines eorum unum vas vini hominibus exponentis raptum ultra tres hebdomadas detinuerunt, maiorem partem ebiberunt et vas aqua expleverunt et sic vinum corruptum et sex boves ad fideiussoriam cautionem exponenti reddiderunt, et quia rei se hoc facinus non commisisse asserunt, sententiam fert, ut iuramento se expurgare debeant et iobagiones, qui rapinam commiserunt, in ius statuant. Orig. [Juričan]

745. Zagrabiae, 2. VI. 1550. (D – XXXI – 96)

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa Nicolai Thompych, iudicis civitatis Kapronczae, et sociorum, qui Petrum Keglewych de Bwsyn, eiusque filium Georgium, quod bona Gaspari Ernusth deficiente semine ad regem devoluta pro se cepit, et ab eis in vinculis coniectis et diu detentis multas pecunias et res extorsissent, accusaverunt; quae facinora reus negat, sententiam fert, ut reus coram testimonio capituli Zagrabiensis in Kozthel iuramento suas assertiones firmet.

Ex nota a tergo apposita apparet Petrum Keglewych coram duobus testibus et testimonio capituli Zagrabiensis iuramentum deposuisse. Orig. [Juričan]

746. Zagrabiae, 3. VI. 1550. (D – XXXI – 97)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, in causa inter Petrum Kastellanffy de Zenthlelek, ut actorem, atque Barbaram Ewssy, viduam necnon Christophorum, quondam Ioannis Kastellanffy de eadem Zenthlelek filium, qui ab actore horti curialis in possessione Bykzad occupati ac restaurationis portionis eorum in molendino curiali in fluvio Lonya sito repressae necnon trium colonorum, qui divisione inter praefatas partes

facta indivisi apud memoratam Barbaram manserunt, accusati sunt, coram bano mota, sed nondum finita, capitulo Zagrabienſi praecipit, ut una cum homine a bano designato communi inquisitione in caſtro Bykzad facta conſtituat, utrum momenta in dicta actione ellata vera ſint an a vero longe abſint. Orig. [Šavor]

747. Zagrabiae, 7. (?) VI. 1550. (D – XXXI – 98)

Lucas Zekel de Kewend, cui Ferdinandus rex caſtrum Also-Zthobyczza cum pertinentiis donaverat, poſſeſſionem Dobowcz aliter Dobowczecz ad id pertinentem a Nicolao Beroyewych eiusque uxore Clara vidua Martini Zthobiczay, repetivit, ſed litem coram bano Nicolao comite de Zrynio 18. IV. 1549. Zagrabiae amiſit. In novo iudicio, a rege 20. IV. 1550 obtento, 7. VI. 1550. exponit, eam poſſeſſionem a Nicolao Beroyewych tantum titulo pignoris teneri, cum eam Andreas Hennyng de Zomzedwara eius antecessori pignori dederunt, quod procurator partis adverſae ex concordia in familia Hennyng 18. V. 1482. facta refutare potuit, propterea Lucas Zekel cauſa denuo non obtenta ad curiam regiam provocat. Orig. [Mayer]

748. Zagrabiae, 9. VI. 1550. (D – XXXI – 99)

Capitulum Zagrabienſe bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat, cum Iacobum Zekel de Kewend, in dominium caſtrorum Kozthel et Krapyna cum pertinentiis, ei a Ferdinando rege donatorum, ad iuſſum regis, Auguſtae Vindelicorum 26. VII. 1550. datum, introducere voluerit, ei introductioni Petrum Keglewych de Bwsyn et Catherinam Imreffy, uxorem Lucae Zekel de Kewend contradixiſſe, quare eos in ius vocatos eſſe. Orig. [Mayer]

749. Zagrabiae, 11. VI. 1550. (D – XXXI – 100)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, in cauſa capituli Zagrabienſis, quod Petrum Keglewych de Bwsyn, ut gubernatorem abbatae Beatae Mariae Verginis de Thopwzka, quod ſervitores eius ad poſſeſſiones exponentis Wlahowychy, Bernowcz, Gracczy, Bwdrowczy et Gorycza in comitatu Zagrabienſi miſſi colonos ibidem totaliter depraedati ſunt, accuſavit, ſententiam fert, ut reus, qui facinus ſuum negavit, coram teſtimonio capituli Chasmenſis ad Kozthel tranſmiſſo ſacramento ſuam negationem firmare debeat. Orig. [Juričan]

750. Zagrabiae, 16. VI. 1550. (D – XXXI – 101)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, ad petitionem Georgii Keglewych de Bwsyn necnon Petri Dymanych ac Georgii Mokrowych, Ioannis et Valentini Laknych de Blynje, qui Paulum Hwthynenſem, archidiaconum Chasmenſem ac caſtri Hrazthowcza proviſorem ſpoliationis, captivationis ac necis ab eo in familiaribus ac conſanguineis petitorum commiſſae, atque Gaſparem Swbych de Pernye iniuſte occupationis quarundam terrarum arabilium Chrysnyche, praefatum iterum Paulum damni 300 florenis ob quendam Turcam captivum per vim ademptum petitori Laknych illati

accusaverunt, litteris Zagrabiae 1. VI. 1550. datis, capitulo Zagradiensi praecipit, ut reos admoneat, ut coram bano compareant iudicium recepturi, de qua admonitione 11. VI. 1550. facta capitulum eundem banum certiolem facit. Orig. [Šavor]

751. Zagrabiae, 14. VII. 1550. (D – XXXI – 102)

In causa Mathiae Sampuch de Felsew Thoplychycza, qui Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filium Georgium accusaverat, quod sororem eius Dorotheam viduam Georgii Thomassychewych et eum etiam in castro Chaktornya in vincula coniectos 13 menses detinuerunt et quem tum demum demiserunt, cum apud se nihil de rebus sororii sui remansisse iuravit, rei responderunt Georgium Thomassychewych debitorem illorum fuisse et actorem post mortem sororii sui Georgii Thomassychewych res eius usurpasse et post ammonitionem res illis reddidisse et in vincula nunquam coniectum esse, Nicolaus comes de Zrynio, banus, sententiam fert, ut rei coram testimonio capituli Zagradiensis assertiones suas iuramento confirmet. Orig. [Juričan]

752. Zagrabiae, 16. VII. 1550. (D – XXXI – 103)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, litteris ad protestationem Petri Keglewych de Bwsyn, ut rei, in causa inter ipsum ac Georgium Thompa, electum episcopum Quinquecclesiensem ac archidiaconum de Galgoncza necnon canonicum Zagradiensem, ut actorem, de quibusdam actibus potenciariciis coram eodem bano mota ac in damnum protestantis confecta, Warasdini 5. VII. 1550. datis, capitulo Zagradiensi praecipit, ut iuramentum Petri contra actorem recipiat, litteras exinde actori ne emittat, immo vero ut eundem admoneat, ut termino certo coram bano compareat omnesque litteras adiudicatorias vel testimoniales producat novum iudicium recepturus, de qua admonitione 11. VII. 1550. facta idem capitulum banum certiolem facit. Orig. [Šavor]

753. Jasztrebarszko, 8. VIII. 1550. (D – XXXI – 105)

Petrus Erdeody de Monyorekerek, comes Montis Claudi, incolas possessionis suae Draganich ad castrum Okich pertinentis, qui da abusionibus officialium questi sunt, tueri promittit. Orig. [Mayer]

754. Ormosd, 8. VIII. 1550. vide Zagrabiae, 17. VIII. 1550. (D – XXXI – 107)

755. Zagrabiae, circa 15. VIII. 1550. (D – XXXI – 106)

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa inter Ladislaum Kerecheny de Kanyafewlde actorem ac Petrum Keglewych de Bwsyn interum, qui debiti 150 florenis accusatus querelam tamquam iniustam reiecit, capitulo Zagradiensi praecipit, ut communi inter partes inquisitione facta constituat, utrum Mykwlycza Iwryssych, capitaneus generalis, praescripto tempore excursionem sub Sagowynem fecerit, atque actor fuerit servitor praefati rei, qui ad equum solutionem 1 florenis persolvere paratus

esset, quam autem solutionem idem actor recipere recusaverit, vel autem si ante tempus dictae excursionis ab ipso reo licentiam receperit ac ab eo ipso licentiatu fuerit. Orig. [Šavor]

756. Zagrabiae, 17. VIII. 1550. (D – XXXI – 107)

Capitulum Zagradiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat Petrum Keglewych de Bwsyn, quem Catharina Imrehffy de Zerdahel, uxor Lucae Zekel, quod eius duos colonos 8. VIII. 1550. datum, ammonitum et in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

757. Zagrabiae, 17. VIII. 1550. (D – XXXI – 108)

Capitulum Zagradiense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filios Georgium et Mathiam, qui Lucam Klemynych capere non potuerunt, propterea eius matrem “clavis seu fustibus chakan dictis” dire verberaverunt, ad rogatum eius dominae Catharinae Imrehffy, uxoris Lucae Zekel, et ad iussum bani in Ormosd 9. VIII. e.a. datum, in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

758. Zagrabiae 20. VIII. 1550. vide Zagrabiae, 20. IX. 1550. (D – XXXI – 114)

759. Zagrabiae, 21. VIII. 1550. (D – XXXI – 109)

Nicolaus comes de Zrynio, banus, ad rogatum Petri Keglewych de Bwsyn eiusque filii Georgii in causa inter ipsos, ut reos, atque Ladislaum Kerechyny de Kanyaffelde, ut actorem, edit par litterarum capituli Zagradiensis de 29. V. 1550., quibus idem litteris praefati bani Zagrabiae 23. V. 1550. datis iussum reos admonuit, ut coram bano comparerent rationem pecuniae 150 florenis actori pro servitiis eius debita, sed non expensae, atque damni plus 300 florenis ab Turcam quendam prope castrum Blynne captum necnon Bassae Boznensi a praenominato Georgio dono datum actori illati redditori. Orig. [Šavor]

760. Zagrabiae, 26. VIII. 1550. (D – XXXI – 110)

Banus Nicolaus comes de Zrynio Petro Keglewych de Bwsyn, quam Ladislaus Kerecheny de Kanyafewlde reum fecit, quod quattuor Turcas insignes et septem equos speciales e Ladislao in excursionem Turcarum anno 1539. sub Gradacz superiore, castro capituli Zagradiensi, captos ei eripuit et detinuit, edit par litterarum capituli Zagradiensis 29. V. 1550. datarum, quibus bano nuntiat ad eius iussum Zagrabiae 23. V. e. a. datum Petrum Keglewych in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

761. Strigonii, 31. VIII. 1550. (D – XXXI – 111)

Capitulum Strigoniense litteris Francisci de Rewa, officii palatini locumtenentis, Posonii 27. VIII. 1550. datis iussum, ei nuntiat se ad rogatum Sophiae, viduae Ioannis Hagmassy de Berekzo possessiones Ioannis Czobor de Czobor Zenth Myhal in comitatu Nitriensi reambulare et aestimare, ut ex eis dos et res paraphernales expo-

nenti statuerentur et persolverentur 29. VIII. 1550. voluisse, sed uxorem Ioannis de Czobor huic executioni contradixisse, quare eos infectis rebus illuc revertisse. Orig. [Juričan]

762. In Rokonok, 8. IX. 1550. (D – XXXI – 112)

Laurentius Skwlych, castellanus castelli et cives oppidi Rokonok fenile desertum in Klezthe Ambrosio litterato de Gregoryancz tribus florenis Hungaricalibus coram iudice eiusdem oppidi Blasio Chernych vendit. Orig. [Mayer]

763. Zagrabiae, 15. IX. 1550. (D – XXXI – 113)

Cum Petrus Keglewych de Bwsyn, a Ladislao Kerecheny de Kanyafewlde, quod quatuor Turcas et septem equos a Ladislao in excursione Turcarum anno 1539. sub Gradacz superiore, castro capituli Zagrabiensis, captos ei eripuit et detinuit, accusatus, id negaverit asserens se illam praedam toti exercitui condonasse, immo 200 florenos superaddidisse, banus Nicolaus comes de Zrynio capitulo Zagrabienensi praecipit, ut testes, qui ei proelio interfuerunt, coram bano in ius vocet. Orig. [Mayer]

764. Zagrabiae, 20. IX. 1550. (D – XXXI – 114)

Capitulum Zagrabienense litteris Nicolai de Zrynio bani Zagrabiae 20. VIII. 1550. datis iussum, in causa Annae viduae Iohannis Horwath, postea viduae Petri Kastellanffy de Zenthlelek, quae Elenam Bradach de Ladomercz, matrem suam, ac Stephanum et Nicolaum, fratres, accusavit, quod tam in funere prioris mariti, quam in secundis nuptiis actrici quasdam res et vestimenta furati sunt, reos 15. IX. 1550. ammonuit et in ius banale ad 29. IX. 1550. evocavit. Orig. [Juričan]

765. Zagrabiae, 24. IX. 1550. (D – XXXI – 115)

Capitulum Chasmense, a bano Nicolao comite de Zrynio litteris in Ormosd 12. VIII. 1550. datis iussum, Catherinam Imreffy de Zerdahel, uxorem Lucae Zekel, in dominium castri Krapina cum dimidia parte possessionum et dimidia partis possessionum castri Kozthel, cessit, 9. IX. 1550., nemine contradicente, introducit. Orig. [Mayer]

766. Augustae Vindelicorum, 14. X. 1550. (D – XXXI – 116)

Ferdinandus rex Francisco de Wylak, episcopo Iaurensi et locumtenenti, aliisque iudicibus praecipit, ne Petro Keglewych, qui ea de re conquestus est, aliter ac aliis "iudicium et iustitiam administrent". Orig. [Mayer]

767. Zagrabiae, 18. X. 1550. (D – XXXI – 117)

Capitulum Zagrabienense litteris Nicolai comitis de Zrynio, bani, iussum respondet, se ad roagtum barbarae, viduae Ioannis Kastellanffy de Zenthlelek eiusque filiorum Christophori et Ladislai contra Martinum Bwsanych de Rathkowcz et sociis ream-

bulationem et executionem terrarum convicti Martini Bwsanych in possessionibus Grenchar, Lowrechan et Zlathar 13. X. 1550. peragere voluisse, sed a servitore convicti Laurentio Lampethych repulsos, quare convictum in ius ad 27. X. 1550. evocatum esse.

Nota a tergo apposita de administratione iudiciaria. Orig. [Juričan]

768. Castri Ferrei 20. X. 1550. vide Castri ferrei, 15. XII. 1550. (D – XXXI – 127)

769. Augustae Vindelicorum, 21. X. 1550. (D – XXXI – 118)

Ferdinandus rex Ioanni Ungnad, libero baroni in Sannegk, capitaneo Stiriae, et Paulo de Rathka, vicecomiti comitatus Warasdiniensis, praecipit, ut Barnabam de Woglowcz eiusque liberos in eorum curia nobilitari Woglowcz contra illegitimos impetitores, praesertim contra Benedictum Pethew de Gerse eiusque officiales, tueantur. Orig. [Mayer]

770. Augustae Vindelicorum, 25. X. 1550. (D – XXXI – 119)

Ferdinandus rex Lucae Zekel, libero domino in Ormosd ac capitaneo regio permittit, ut in territorio possessionum tam suarum quam uxoris suae, hereditarium quam etiam impignoraticiarum patibula, rotas, palos aliorumque tormentorum genera erigat atque fures et maleficos poenis afficiat. Orig. [Šavor]

771. In Hydweegh, 1. XI. 1550. (D – XXXI – 120)

Nicolaus comes de Zrinio, banus, ad petitionem Georgii Keglwych de Bwsyn, qui a civibus civitatis Kapronczensis accusatus causam coram bano motam ac ad communem vicinorum commetaneorumque dictae civitatis necnon nobilium ac ignobilium comitatus Crisiensis inquisitionem non obtinuit, capitulo Chasmensi praecipit, ut praefatos cives admoneat, ut praemissis litteris adiudicatoriis exhibitis coram bano compareant. Orig. [Šavor]

772. Chasmae, 10. XI. 1550. (D – XXXI – 121)

Capitulum Chasmense bano Nicolao comiti de Zrynio, qui in causa iudicis et iuratorum oppidi Kaproncza contra Georgium Keglwych, de vi accusatum, ad huius rogatum litteris Zagrabiae 18. VII. e.a. novum iudicium iusserat, nuntiat memoratos iudicem iuratosque in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

773. Augustae Vindelicorum, 14. XI. 1550. (D – XXXI – 122)

Ferdinandus rex ad supplicationes Petri Keglwych de Busyn ei permittit, ut non solum per sententiam regiam in uno suo vel filiorum suorum castro moret, sed etiam ad alia bona et castra sua proficisci et morari – sed non excedi – possit. Orig. [Juričan]

774. Warasdini, 21. XI. 1550. (D – XXXI – 123)

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiensis Stephanum Homski (de Hom), a Stephano Bradacz de Ladomercz, quod eius colonum fugitivum Hwleych apud se detinuit accusatum, in ius vocant. Orig. [Mayer]

775. In Ormosd 23. XI. 1550. vide Zagrabiae, 28. XII. 1550. (D – XXXI – 129)

776. In Also Zthobycza, 1. XII. 1550. (D – XXXI – 124)

Nicolaus comes a Zrynio, banus, Lucae Zekel de Kewend, libero domino in Ormosd ac capitaneo regio, de litteris ab eo in castro Chazarwara acceptis, de quibusdam bobus ac duobus equis, itemque de homine a Petro Erdewdy contra Keglewych, qui negotium tricesimarum negavit, ad se misso, quam etiam de utroque principe «utinam in illam venirent unionem, ut nobis auxilium ferrent, quo indigemus» nimium scribit. Orig. [Šavor]

777. In castro Kozthel, 2. XII. 1550. (D – XXXI – 125)

Petrus Keglewych de Bwsyn Nicolao comiti de Zrynio, bano, de servitore quodam suo a Luca Zekel capto et de duobus equis, quorum rationem certam regi iam misit, scribit. Orig. [Šavor]

778. Segniae, 14. XII. 1550. (D – XXXI – 126)

Mixa, filius Urbani Stipanowicz Brignensis domum suam Segnie habitam monasterio sancti Francisci ordinis fratrum minorum livello 31 solidorum ecclesiae ss. Cosmae et Damiani annuatim solvendo excepto coram Andrea Veronensi a S. Bonifacio, notario publico et cancellario communitatis Segniae, donat. Orig. [Juričan]

779. Castri Ferrei, 15. XII. 1550. (D – XXXI – 127)

Capitulum Castri Ferrei litteris Ferdinandi regis Augustae Sueworum 20. X. 1550. datis iussum Petro, Christophoro et Ladislao, filiis Iohannis Castellanny de Zenthlelek litteras edit, quae testimonium Iohannis de Bykzad, cantoris et canonici Castri Ferrei continent, qui se scribere asserit Iohannem Castellanny bonis Edelen, Asap et Borsod in comitatu Borsodiensi a rege donatum esse, sed a quo Ioannes Castellanny in dominium bonorum introductus sit, nescire. Orig. [Juričan]

780. Zagrabiae, 21. XII. 1550. (D – XXXI – 128)

Capitulum Zagrabianse Petrum Keglewych de Bwsyn, qui pro actibus potenciariis a Michaele Woynowych ac Andrea Zemlych, castellanis castri eius Thopwzka, in possessionibus capituli Wlatkowychy, Bernyewcz, Bwdrowczy et Gorycza (comitatus Zagrabianensis) commissio, compositione cum capitulo facta, 50 florenos 21. XII. 1550. persolvit, expeditum reddit. Orig. [Šavor]

781. In Ormosd, 23. XII. 1550. vide Zagrabiae, 18. VII. 1553. (D – XXXI – 104)

782. In Ormosd 24. XII. 1550. vide Zagrabiae, 29. XII. 1550. (D – XXXI – 130)

783. Zagrabiae, 28. XII. 1550. (D – XXXI – 129)

Capitulum Zagrabiese litteris Nicolai comitis de Zrynio bani, in Ormosd 23. XI. 1550. datis iussum ei nuntiat se Iohannem Hwdych eiusque uxorem Veronicam in dominium possessionum Threpschycza, Dedyndy, Ozerchnycza, Dobowchecz, Zrednywerh, Sthwpyk et Lyppowecz in pertinentiis castri Oztrosyn (comitatus Zagrabiesis) 23. XII. 1550. introducere voluisse, sed Thomam de Nadasd huic introductioni contradixisse, quare eum in ius banale ad 6. I. 1551. evocatum esse.

E nota a tergo apposita apparet administratio iuridica. Orig. [Juričan]

784. Zagrabiae, 29. XII. 1550. (D – XXXI – 130)

Blasius Kerpych de Grabarya et Mathias Gwzych, qui a Petro Keglewych de Bwsyn ad Lucam Zekel de Kewend et gentium provintiarum hereditariarum regiarum in regno Slavoniae capetaneum, missi sunt, litteris Nicolai comitis de Zrynio bani in Ormosd 24. XII. 1550. datis iussi, coram capitulo Zagrabiesi 28. XII. 1550. testantur, quae Petrus Keglewych eos Lucae Zekel nuntiare iussit, id est: 2 equos ab officialibus Lucae Zekel in Zomzedwara, ablatos et a captivis Turcis pro redemptione sua ad Petrum Keglewych adductos esse, sed Petrum Keglewych si id banus praecipit, eos restituere paratum esse, cuius testationis per capitulum Zagrabiese Petro Keglewych edit. Orig. [Juričan]

784. Sine loco, 1550. (?) (D – XXXI – 131)

Epistula privata hungarice scripta. Orig. [Juričan]

785. Sine loco, post 1550. (Frg – 15 / CIIL)

Examinatio testium in causa de possessione Zwethychichuwerh, qua inquiritur utrum eadem possessio ad possessionem Pernye an ad possessionem Topozka pertinuerit.

Frg. (media pars asseruata).

Regesta of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts

Fourth Part: Charters from the Period from 1546 to 1550

Regesta Composed by Antun Mayer and Collaborators,
Prepared for Publishing by Maja Katušić

Summary

The Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts (CASA) keeps a collection of medieval and early modern charters (up to 1859), called the *Diplomata*. The collection was created at the end of the nineteenth century and consists of the charters that were at that time in the Archive, while newly acquired charters were added later. The collection has been divided into numerous sub-series regarding their topics or provenience. Work on the archival ordering of the charters started in 1948, and each charter was signed with an appropriate signature and accompanied by a short Latin *regestum* both on the envelope containing the charter and on the separate cards. In the early 1950s there started the initiative for the publishing of the *regesta* of these charters, and, because of that, Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović published those of the charters from earlier than 1526 in four instalments in *Zbornik Historijskog instituta Jugoslavenske akademije* (today *Zbornik Odsjeka za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU*). The work on publishing the *regesta* was continued in 2007 and the *regesta* of the charters covering the period from 1527 to 1545 have been published in vols. 25 to 27 of the *Zbornik*. In this volume, as the fourth part of the *Regesta*, there are those related to the charters from 1546 to 1550.

Key words: the Early Modern Age, Croatian history, historical sources, charters, Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts